



**Des. Erasmi Roterodami Responsio ad epistolam  
paraeneticam clarissimi doctissimiq?[ue] uiri Alberti Pij  
Carporum principis. ;**

<https://hdl.handle.net/1874/433504>

L

# DES. ERASMI

ROTERODAMI RESPONSIO AD  
epistolam paræneticam clarissimi doctissimiq; ui  
ri ALBERTI PII Carporum principis.

EIVSDEM NOTATIVNCVLAE QVAB  
dam extemporales ad Nænias Bedaicas.

Nihil horum non nouum est.



BASILEAS AN. M. D. XXIX.  
MENSE MARTIO.

Ex Donatione Hilt. in Bieckel.

ДЕЯНИЯ АПОСТОЛА ПАВЛА

СВЯТОГО ПОСЛАНИКА КОМПЛЕКСНОГО  
И СВЯТОГО ПОСЛАНИКА ПАВЛА АПОСТОЛА

CLARISS. D. ALBERTO PIO  
PRINCIPI CARPENSI S. P.



V V M ingenij candor deceat illustri ge-  
nere pgnatos, & eximia felicitas nesciat  
inuidere cuiqz, tum autem ab ijs, qui te  
domestica consuetudine penitus cogni-  
tum habent, prædicetur insignis quæ-  
dam naturæ tuæ benignitas, qua complecti soles etiā  
patum dignos tuo fauore: demiror, quis genius insti-  
get animum tuum in Erasmus. Quæso, ut æquo ani-  
mo feras libertatem nostram. Fieri potest ut error sit in  
nomine, neqz me fugit, quàm non sit tutum rumoribus  
huiusmodi credere. Quare te rogo, ut si quid est huius-  
modi existimes hæc non tibi scribi. Cöplures qui istinc  
huc ueniunt, consentientibus uocibus narrant, Romæ,  
quèdam esse principem Carpensem, doctū, magnæç  
apud purpuratos patres autoritatis, qui passim ac pa-  
lam deprædicet, Erasmus nec esse philosophum, nec  
theologū, nec ullius solidæ doctrinæ. Idem ad me per-  
scribitur epistolis multorū æque consentientibus. Atqz  
haec tenus nihil commoueor, si quis ea de me prædicet,  
quæ ipse tum dictis, tum scriptis ingenue profiteor, nul-  
lis magis indignans, quàm his, qui me falsis, & inuidio-  
sis laudibus onerant. Si me uenditarem pro magno

D. ERASMI EPISTOLA

theologo, aut philosopho, merito mihi detrahatur alius  
quis leonis exuum. Nunc cum nihil magni de me pol-  
licens, præstem id quod possum, nulli me præferens, ne-  
que cuiusquam officiens gloriae, miror si quisquam be-  
ne natus, & insigni doctrina preditus, breuiter, adeo fe-  
lix, ut contemnere possit citius quam odiisse vulgares istos  
doctrinæ simios, dignetur obtrectare Erasmo, qui tui  
similes semper uenerari consuevit & adorare: qui nec in-  
uidere nouit æqualibus, qui inferiores gaudet quantum  
potest euehere. In argumentis quæ mihi suscepisti, arbi-  
tror me non omnino infeliciter uersatum esse, præser-  
tim si cogites me barbarum ea scripsisse barbaris. Ni-  
hil adhuc tractavi, quod theologum requireret multa  
philosophia instructum, præterquam liberum arbitrium,  
quod à multis impositum, ægre susceptum, quam po-  
tui, simplicissime tractavi, nec tamen impie, ni fallor, si  
parum erudite. Proinde, quis oro fructus, si vir tantus  
persuaseris Erasnum esse rudem heroicarum discipli-  
narum. Sunt huius classis quamplurimi, qui tamen se ia-  
ctant doctores. His magis conueniebat detrahere per-  
sonam, qui passim in scholis docent adolescentes nihil  
scire, & persuadet nihil nescire. Iam facile fero, si quisquam  
pro suo arbitratu de ingenio literisq; meis, aut eloquen-  
tia iudicet. Magis me comouent illæ uoces, quas audio  
subinde repeti ab eodem principe in conuiuijs Cardi-  
nalium

AD ILLVST. CARPORVM COMITEM  
naliūm, in conciliabulis eruditōrum, quicquid est huius  
tumultus, ex Erasmo natum esse. Hoc quum sit uanissi  
mum, quid dici poterat hostilius ab eo cuius utrumq;  
parentem ueneno sustulisse? Quum prodire cœpīs  
set Lutheranæ tragœdiæ proœcium, eiçz ferè totus  
orbis applauderet, ego primus omnium dehortatus  
sum amicos, ne se illi negocio admiserent, cuius exitū  
augurarer fore cruentum, Et quoniam quidam iacta  
bant me cum Luthero sentire, uidelicet quo plures ad  
suam allicerent factionem, ego libellis editis profes  
sus sum mihi nihil esse rei cum Luthero, nec unquam  
fore, Ipsum Lutherum admonui, rem euangelicam ita  
tractaret, ne quid ambitioni, ne quid odio datum ui  
deretur, caueretq; ne res in seditionem exiret. Frobe  
rium minis etiam cohercui, ne quid excuderet Luthe  
ranum. Abstinuit ille, non absque suo luculento da  
mno, meo potius obtemperans animo, quam suo com  
modo seruiens. Quotquot apud Germanos, & Elue  
tios amant bonas litteras, initio erant Lutherō addi  
ctissimi. Hos omnes ex iuratis amicis mihi feci hostes  
acerrimos, paucis exceptis. Quumq; hinc theologi qui  
dam odio bonarum litterarum nullum non mouerēt  
lapidem, quo me in factionem (ut ipsi putabant) iam  
iam damnandam protruderent, hinc Lutherani blan  
ditij, technis, deniq; minis & conuicijs idem hoc age

## D. ERASMI EPISTOLA

rent, licet consilio diuerso quām theologi, tamen hacte  
nus digitum latum dimoueri non potui, ut ab eccl<sup>esi</sup>  
æ Romanæ societate discederem. hunc animū non  
omnino contemneres, si nosse tot regionum nostra-  
tum animos, si Principum consilia, si scires quos tu-  
multus excitare potuisse, si me ducem huius nego-  
cij uoluisssem profiteri: sed ego malui me nudum & in-  
ermem utriusque partis iaculis exponere, quām ullum  
porrigere digitum factioni quam non agnoscit eccl<sup>esi</sup>  
æ Romana. Sed occasionem Lutherus hausit è libris  
meis: id fortiter negat ipse Lutherus, qui eadem de me  
prædicat & scribit quæ Princeps ille Carpensis, uideli-  
cet nihil me scire theologiæ, quod nusquam cum illius  
dogmatibus consentiam: sed fingamus aliquid hau-  
stum è lucubrationibus meis, qui magis istud impute-  
tur mihi quām Paulo aut Augustino, unde sua ferè  
confirmat dogmata? Certe cum illa mea scriberem ni-  
hil minus suspicabar, quām huiuscmodi tumultum  
exoriturum. Sunt qui dicant, cur non statim nascenti  
malo occurristi? Quia cum multis suspicabat Luther-  
um esse bonum uitum, corrigendis depravatissimis  
hominum moribus diuinitus missum, quanquam iam  
tum mihi displicebant quædam, de quibus illum adi-  
monui. Porro quum inmundus esset plenus academijs,  
uideremque fabulam esse mire plausibilem, non vul-

AD ILLVST. CARPORVM COMITEM.

go tantum, sed etiam Principibus, episcopis, ac nonnullis etiam Cardinalibus, quæ fuisset temeritas, me pruatum homuncionem publico orbis fauori oppedere. Quod si me pateris libere proloqui, qui fuerit huius mali primus fons, dicam pro mea quidem sententia. Sacerdotum quorundam palam impia uita, Theologorum quorundam supercilium, Monachorum quorundam non amplius ferenda tyrannis, huic tempesta ti locum fecit. Hoc uelim ita dictum in malos, ut bonorum existimationem nihilo faciat deteriorem, & ita dictum in genere, ut ordini nulli sit irrogata contumelia. Principio erat bellum cum linguis ac latinis litteris, his ego haec tenus faui, ut admissæ ornaret iuarentur recepta studia, non ut ueteres professores de ponte, quod aiunt deficerent, & seruirent gloriæ Christi, non ut ueterem paganismum nobis reuocarent. Hic quum ancipiti Marte decertaretur, res per monachos detraeta est ad negotium fidei, Hic illis placebat prætextus. Non dubito quin audita tibi sit Reuchlinica tragœdia. Hinc cœpit in illos incrudescere doctorum odiū. Mox feruente adhuc bello inter mystas & osores misarum, exortus est Lutherus. Illico conati sunt illi litterarum politiorum cultores Lutherano negocio inuolueret, quo simul & illos perderent. Ita gradibus quibusdam res alterius partis semper in peius uergentis peruit.

D. ERASMI EPIST.

peruicacia, tum alterius quorundam odijs & intemper-  
stiuis clamoribus hucusq; progressa est tragedia. Ha-  
bes rem, ut est, absque fuso descriptam. Nunc si uerum  
est, quod ad me delatum est, quæso, ut istam persuasio-  
nem abiicias, & istiusmodi uoces mihi periculosas  
contineas: si uanum est, ignosce, quod huiusmo-  
di næhij obtuderim celsitudinem tuam,  
cui precor omnia lata feliciaq;

Datum Basileæ sexto Idus

Octobris. Anno,

M. D. XXV.

Erasmus Rot. extempore  
manu propria.

Visum est hanc epistolam addere quoniam  
erat depravate excusa.

# AD EXHORTA-

TIONEM CLARISSIMI DOCTISSI

miq; comitis Alberti Pj Carporū principis,  
Des. Erasmi Roterodami responsio.



TINAM fortuna mihi Al  
berte principum eruditissime,  
plausibilius aliquod ad te scri  
bendi dedisset argumentum,  
quancq; hic ipse casus, & si pa  
rum felix, non prorsus tamen  
infeliciter cessit, qui pro episto  
la, nec admodū longa, & tam  
in laborata rudiq; iustū volumen summo studio pa  
ticq; ingenio perpolitum reddidit. Cæterum an & illud  
mihi gratulari debeam nescio, quòd pro litteris priua  
tim ad unum scriptis, liber est redditus, qui populo, nō  
uni mihi, scriptus uidetur. Id hac factum occasione cre  
diderim, quod quum iam pridem haberet argumentū  
paratū aduersus Lutheri sectam, mea prouocatus epi  
stola, coniunxeris quorundam de me querimonias, cū  
Lutheranorum dogmatū confutatione, duos ut aiunt,  
parietes de eadem fidelia. Nec enim libet hoc de uiro  
tam claro, tam docto, tam humano, deniq; de Alberto  
Pio suspicari, quòd eadem arte me negocio miscuerit

b

Luthera

Lutherano, quia pseudotheologi quidam solent in concionibus & colloquijs meum nomē cum illius nomine cōiungere, nimirū ad eum modum abutentes imperiti popelli simplicitate. Istorū uidelicet artibus res ad hāc usq; tempestatē progressa est, quæ utinam uanas sim augur, breui ad plures dimanabit, ni melioribus consilijs fuerit occursum. Quanq; autē pro ingenij tui dextiritate multa congeris atq; insulcis, ut uidearis ad hoc faciendum necessitate adductus, tamen, quod ipsa loquitur res, epistolæ meæ tribus propemodum uerbis responderi poterat, quæ nihil aliud abs te exigebat, q; ut poneres istam de me persuasionem, uocesq; ut uanas ita mihi parum honorificas contineres, si quidem rumor uerus huc aduolasset. Sin minus, putares eas litteras ad te scriptas non esse. Alius illud fortassis expostularet, quod epistolam illā negligēter uni scriptam, euulgaris orbi, eisq; uoces, quas ut posthac contineres rogabam, non modo non continuisti, uerum etiam multo atrocius per typographos euulgasti, simul & inscitiam barbariemq; meam traducens, & innocentiam in capitale crimen uocans. Nam de tota censura, quam de ingenio, iudicio, doctrina facundiāq; mea palam ferre dicebaris, apologiam omnem tibi remisi. Saltem illud erat curandum, ut epistola sic excuderetur, quemadmodum ad te erat missa. Illic enim lego penitus pro penitus, nostrarum pro nostratiū, nosceres pro nosses, item in no-

AD ALBERTVM PIVM RESPONSIÖ

In nobis reuocarent, pro nobis reuocarent, indignatus  
pro indignans: rursus hic cœpit, pro hinc cœpit: Mox  
negocio se inuoluere, pro negocio inuoluere, quod stu-  
dio cuiuspam depravatum uideri queat, siquidē pro-  
nomen additum prorsus inuertit sententiam: uerum  
hæc scio typographis imputanda potius quam tibi:  
quemadmodum & illud, quod quum uniuersa capita  
sectæ Lutheranæ refellas, totus liber in paginarū fron-  
tispicijs habet, ad Erasmi epistolam responsio, quasi  
quicquid illic agitur, ad me pertineret. Nam quod Ba-  
dius noster præfixit præfatiunculam, suo iure suoque  
more fecit, & ad te ni fallor, nihil attinet, quanç sunt  
in ea quoq; uoces, quæ uix respondet meo erga ipsum  
candori, in quibus est illud, quod me scribit apud pa-  
tres purpuratos male audisse: Nunquam enim accepi  
quenquam Cardinalium de me parum amice loquutum.  
Certe multorum epistolas habeo, honorificentissi-  
me scriptas, nec id unquam questus sum. Tum quod  
laudes, quas tuus candor præter omne meritum meū,  
in me uoluit effundere, sic interpretatur, quasi tua hu-  
manitas, ueram obiurgationem, hoc pacto uoluerit  
mitigare. Et omnino uerum est, quod Paulus Pe-  
tro restitit in faciem, quemadmodum ille scribit, sed  
nusquam Paulus Petro calumniam impegit in fa-  
ciem: quanquam Græci locum hunc aliquanto plau-  
sibilius, ac mea sententia rectius interpretantur,

b 2 quam

## 4. D. ERASMI ROTERODAMI

quam diuus Augustinus, qui tribuit peruersum studiu  
inducendi gentes in seruitutem legis. Deinde pronun  
ciat etiam, quod probe me uoces ad palinodiam. Ve  
rum negabis horum quicquam ad te pertinere, nec mi  
hi consilium est ob hasce Nænias humanissimo princi  
pi ullum facessere negotium, ac uereor, ne tibi iustior  
expostulandi causa uideatur, quod quum ante annum  
ni fallor, librum tuum ad me miseris, nulla tamen eum  
responsioe dignatus sim. Cæterum id temporis iter in  
Italiam nullis hinc litteris erat perrium, ac non multo  
posteaquam tuum librum accepisse, Romæ ruentis  
fragor omnium certe piorum animos hic attonitos red  
dedit, De te rumor ferebatur incertus, alijs narrabant cū  
Clemente v.ii. periclitari: rursus alijs dicebant, quod tem  
pestiu fuga consuluisses & rebus & incolumentati tuæ.  
Vbi tamen locorum ageres, ne odor quidem ullus ad  
nos peruenit. Itaque quum alijs iniquis laboribus supra  
modum oneratus essem, uisum est id operæ in aliud  
prorogare tempus, quoad certo didicissem, qui te lo  
cus haberet: id quod ante triduum denique cognoui, ui  
delicet amici cuiusdam litteris, qui simul codicem misit  
typis excusum. Id factum est s. Id. Febr. quum ad mer  
catum Francfordiensem profectionem adornent typogra  
phii octauo Cal. Martias. Ad respondendum itaque  
supererant dies decem, & eram sic occupatus, ut uix  
alias æque. Sub id tempus mire tumultuatur officina  
typo,

AD ALBERTVM PIVM RESPON SIO 5  
typographica, quæ sex prælis unico me suggestente ma-  
teria desudat. Angebar anceps animi, propterea quod  
uerabar, ne si destulisse respondendi officium, uiderer  
id uel offensione quadam animi, uel contemptu tui fa-  
cere. Rursus deterrebat uolumen plusq; iustum, ac tem-  
pus adeo angustum, ut uix attente relegendis tuis suf-  
fecturum uideretur. Verum animauit me ista tua sin-  
gularis humanitas, ut uel ex tempore tuis litteris respon-  
derem, sed carptim & ad ea duntaxat, quæ me proprius  
attingerent. Tu pro tua solita facilitate boni consules.  
Principio occupationum excusationem qua uteris, sic  
arbitror mihi tecum esse cōmunem, ut opinor te maiori  
bus ac splendidioribus quidem occupari negocij, me  
tamen densioribus ac molestioribus. Nam aduersæ ua-  
letudinis excusationem, summopere doleo tibi mecum  
esse cōmunem. Erat enim istud Alberte ingeniu, quod  
spretis omnibus oblectamentis, ad quæ solet imaginu  
claritas, & opum facultas inuitare, summam eloquen-  
tiam, cum omnibus absoluta numeris eruditione con-  
iunxit, dignum perpetua ualetudinis prosperitate. Et  
haud scio, an hoc ipsum incōmodum de quo quereris,  
nonnulla ex parte debeas tuæ Mineruæ. Mihi certe  
studiorum laboribus sic obruto, ut nec ægrotare liceat,  
nec mori, nec uti medicorum opera: rutsum ualetudini-  
nis adeo afflictæ, ut subinde sit cum morte luctādum,  
uix tantum oīj contingit aliquot mensibus, ut audiissi

molicet, uacaret tuum librum euoluere. Et iam nunc  
 percurri uerius q̄ perlegi. Primum hoc mihi credas ue  
 lim uit eximie, nō pessimæ fidei homini, nihil enim du  
 bitem iusurandum quamlibet sanctum interponere, si  
 tu postules. A probationibus enim abstineo, ne dum  
 uerbosius docere conor mihi nullū esse ocium, hoc ipso  
 declarem, me ocio abundare. Iam nō expectas opinor,  
 ut par pari referam, & uolumen pensum uolumine.  
 Quod si maxime suppeteret ocium, talia sunt pleraq;  
 quæ congeris, ut aut ad me nihil pertineant, aut seram  
 habeant, ac proinde sterilem querimoniam, aut eius  
 deniq; generis sint, ut nec agnoscere possim, nisi meo  
 cum dedecore, nec refellere sine multorum offensione,  
 & quod grauius est, sine causæ cui pariter fauemus, di  
 scrimine. Sic em hisce temporibus exulcerata sunt omnia,  
 ut quo cunq; te uertas, sentias, te incedere per ignes sup  
 positos cineri doloso, quicquid attingas, uomicam &  
 hulcus reperias, & sub omni lapide dormientē scorpiū.  
 Nonnulla uero sunt inspersa tuo uolumini, quæ sicut  
 Romæ pridem à multis, nunc ubiq; leguntur ab omni  
 bus, ita si prodirent in manus eorū, qui mea lustrarunt,  
 quibusq; omnis uitæ meæ ratio non incogita est, nō  
 nihil detractura uideantur, candoris istius & æquita  
 tis existimationi, quæ te bonis omnibus facit amabilem,  
 ut fortunæ splendor & eruditiois præstantia facit ad  
 mirabilem. Equidem optabilius arbitror à multis ama

ti, q;

ri, quām suspici. Alioqui cupiebam uolumen tuum, for  
mis excusum uolitare per manus omnium, si quos for  
te uel autoritas ista, uel eruditio, uel eloquentia, uel can  
dor & æquitas, qualis haec tenus à nemine præstata est,  
reuocaret ad sanctiora consilia. Vidimus enim quan  
tum exulcerarint quidam hoc malum, dum parum  
dextre conati sunt adhibere medicinam. Sed utinam  
ita temperasses stilum, ne meam causam cum negocio  
Lutheri commisceres, & ita tibi solidam laudem ex  
impietatis confutatione parasses, ut nobis immerenti  
bus non aliquid labis asperges. Quum enim mole  
ste feram cum Lutheru laudari, longe molestius est  
cum illo accusati, & sic accusari, ut ego uiam struge  
rim, ille in Ecclesiam irruperit. Quod tamen abs te  
nec studio, nec maliciose factum scio, sed ita tuo can  
dori ut suspicor, persuasum est ab his inter quos uer  
sar. Solent enim ingenia simplicia candidaque, cu  
iusmodi decet esse principum, ut nemini dolum medi  
tantur ipsa, ita de nemine facile suspicari, quo sit ut fa  
cilius ab alijs honesti specie fallantur. Neque enim  
animum inducere possum, uel tantum oīj per tu  
as occupationes esse tibi, uel tantum patientis sto  
machi, uiro semper exquisitissimis assueto rebus, ut  
nostras Nænias uel euoluere uacauerit, ne dicam in  
trospicere si libuisset, uel libuerit, si uacasset. Multis  
enim, nec futilibus argumentis videor mihi colligere,

te nō

te nōnulla quæ torques in me, non hausisse ex lucubra-  
tionibus meis, sed ex colloquijs hominū, qui plurimū  
absunt ab ingenij tui candore, quorum hoc studium  
est, ut per subornatas personas suam agant fabulam.  
Nec ulli, ut modo dicebā, magis idonei sunt fraudibus  
improborum, q̄z qui ob ingenij synceritatem, nō noue-  
runt ipsi cuiq̄z fraudem texere. Huius rei non coniectu-  
ram, sed certissimum indicium ex malorum meorum  
experimentis capio, nō semel in grauissimas coniectus  
turbas, dum aliorum mores ex meis aestimo. Atq̄z hac  
in causa candor iste tuus, quo mihi laudis tantum tri-  
buis, non dicam quantum agnoscam, sed quantū aliis  
nemo tribuit eorum, qui meam mediocritatem, si ta-  
men mediocritas est, ad inuidiā aliorū, meumq̄z tediū  
laudibus extulerunt, adeo me nō subleuat in hoc argu-  
mento, ut uehementer etiam oneret. Sic enim apud se  
cogitabit lector. Vir tantus tam in cæteros candidus,  
non hæc scriberet de Erasmo, nisi plus haberet compre-  
hensionem quam scribit. Hæc ne uidear omnino sine causa  
scribere, pauca delibabo, sed paucis. Omittam interim  
amplissimas laudes, quas si mihi tribuis ex animo, hoc  
magis de beo tuo cädori, quo minus agnosco: sin quod  
magis arbitror, ut hoc ceu melle prælito lenires obiur-  
gationis absinthium, amplector humanitatis consiliū:  
quāq̄z ego talia delinimēta nihil moror, iam nec puer,  
nec rerum humanarum proslum imperitus, aut si ma-  
lis, stro

lis, stropharum istiusmodi rudis: etiam si tu non absinthium portrigis, sed letale toxicum ista sermonis blanda specie, ceu uasculo gemmeo propinas. Siquidē hæc est tuae suaviloquètiæ summa, ut Lutherū inuidia subleues, orbiç persuadeas, quicquid est huius miserandæ calamitatis, uni Erasmo acceptū ferri oportere. Hoc quū sit atrocius, quām si ueneficij crimen obijcias, quid mea refert, q̄z blande id facias, nisi quod q̄ placidius id agis, hoc præsentius aduerser uenenum, quasi cicutam uino misceas. Ita q̄z nō dubito quin libertatis ueniā, quā à me precatus es, in amica priuataq̄z expostulatiuila, sim abs te uicissim impetraturus in causa multo inuidiosissima. Quanq̄z quid attinet impetrasse, qua nō liceat uti? Qua quidem in re nondum statui uir præclara, utrum gratulari debeam isti tuæ felicitati, an laudare prudentiam, qui fabulam per se gratiosam, ita institeris agere, ut etiamsi parum feliciter agas. tamen aplausuram sit theatrum. Nam Romæ pridem in tuo nimirum theatro libellum hunc expolisti, ac propemodum ædidisti, eandem fabulam denuo saltas Lutetiæ, ubi scis esse Bedaicos aliquot & Sutorios ac pseudo-monachos, qui utroq; quod aiunt pollice fauturi sunt, quicquid scripseris, modo in Erasmus: tum in eorum laude uersaris, quos merito taxare tutum non sit, falso etiam laudare gratiosum. Nec augeri mihi clepsydras petam, quum hæc sint ex tempore peroranda. Non ex

cutiam igitur quæ sint isthic quorundam eruditorum  
de me censuræ, solus nō credo, quod hic quidam apud  
neminem non deprædicauit, nullo amici & inimici di-  
scrimine: pro somnijs habeo, quæ mihi doctorū homi-  
num & litteris significant, & oratione referunt, quid hic  
aut ille nominatim, quo loco, quot tempore, dixerit, quo  
modo alius detrahat eloquentiā, alius tribuens utcūq;  
tolerabilem phrasim, in totum adimat iudicium, alij me  
negant esse Ciceronianum, quod apud illos crimen est,  
atrocious homicidio, nonnulli dum festiui uolunt uide-  
ri porrophagum & Errasum appellatēt pro Erasmo,  
quidā etiam ab orthodoxorū classe submoueant. Ha-  
beo libellos Oreste dignos, qui Romæ uersabant inter  
secretarios pontificios, nec mihi titulo est opus autoris  
indice. Facies ipsa minus mihi proderet hominē quām  
phrasis. Boni consulo duos Stunicæ libellos nō minus  
indoctos q̄ petulantes isthic æditos in me, ac uetan-  
tibus etiam Pontificibus & Card. distractos. Nihil me  
mouet quod ornatiſſ. iuuenis Georgius Sauromanus  
suo libello quē isthic ædere parabat, coactus est dispu-  
gere quicquid habebat honorificam de Erasmo méto-  
nē, quū tu interim litterariæ rei teneres principatū, atq;  
adeo si uera scribunt, tuus illa calamus iugularat. Non  
queror me fraudatum laudibus, quæ nihil aliud q̄ gra-  
uant inuidia, officiū erat illa dispuxisse, sed animū ex-  
pendo illorum, qui id perpeti non possunt, q̄ & hoc  
istis.

AD ALBERTVM PIVM RESPONSIOn

istis facile cōdono,q tamē haud impune facerēt; nissi totus in hoc essem, ut iā vicinus extremo uitiae limiti, cōtempnis omnibus, conscientiā hanc approbē Christo. Multa dissimulāda sunt aliō pperanti. Scio more hominū fieri, ut libētius nūcient tristia q̄z lēta, nec quisq̄ minus libēter credit huiusmodi rumoribus. Verū in his erat iūuenis quidā, ut tibi charissimus, ita tuæ eruditioñis admirator unicus. Præterea alter tibi iuratissimus sodalis, quū ante annos septē pótificis causam apud nostrates ageret, effutijt apud me, nā hoc habet bonū præcipuū, quod nihil cōtinet, esse Romæ quēdā Cæsaris oratorē, q̄ hostili esset in me animo. Atq; id quidē téporis, nec te sciebā esse Romæ, nec audierā Cæsaris negotia pcurare. Nō ædīdit quidē ille nomē, æditurus si quid insti-  
tissem, sed ex notis quas effutijt, & ex ijs quæ postea co-  
gnoui, certo collegi te esse illū de quo locutus erat. Ve-  
rum hic ipse mihi soleo libenter imponere, ut quod sciā  
nesciam, usq; adeo non placet cū eruditis uiris dissidiū.  
Candore tuū probō, quòd tā amāter Stunicā tuū de-  
prædicas, q̄zq; illa, homo cādidi ingenij, & homo mini-  
me inuidus, nec Hispanos arbitror sine risu lecturos, q̄  
modo libros illius legerint, sumis, glorijs & manifestis  
calumnijs refertos. Quod ad religionē attinet, tria dūta-  
xat loca uocauit in calumniā, sed quod ipsa res indicat,  
nec religioſe nec erudite. Verū ego Stunicæ laudibus  
nihil detrahā, nec ea camarina p me rursus mouebitur:

imò quod ad me quidem attinet, paratus sum per syn-  
ceram amnestiam, prorsus abolitis superiorum cōten-  
tionum uestigijs, Christianæ benevolentiae foedus cum  
homine ferire. Tantum hoc dicam, si non attigisset, nisi  
quæ uere merebantur reprehensionē, aut si semet intra-  
ciuitatem continuisset, dignam quum studijs liberali-  
bus, tū homine Christiano, quemadmodū nunc apud  
omnes famam celeberrimam est assequutus, ita tum  
apud cordatissimos ac probissimos quoque plus ueræ  
laudis tulisset. Atq; hic interim dū caueo, ne quā pristi-  
næ contentionis hulcus refricem, nonnullam meā cau-  
sæ partem sciens ac uolens prodo. Nam quum tu mi-  
hi renoues, quæ ille pridem in me iaculatus est, tamen  
dissimulas quæ illi responderim: siue quia iudicaris nul-  
lius esse momenti, siue, quod magis arbitror, ea non le-  
geris. Quod quidem incōmodum tota hac disputatio-  
ne deuorandū erit. Etenim quum nihil sit in accusatio-  
nis tuae capitibus, quod non libris æditis semel atq; ite-  
rū diluerim, tu sic proponis, quasi nihil omnino respon-  
sum esset. Atqui tui cādoris erat, aut recipere satisfactio-  
nē si iusta uidebat, aut refellere si quid minus pbares.  
Quod si hic repeterem pergam, quæ toties diuersis locis  
à me dicta sunt, q̄s erit modus uoluminis? Sin reticeo,  
uidebor agnoscere quicquid intendis, præsertim apud  
eos qui nostra nō attingunt. Nulli portò minus attin-  
gunt, q̄ qui clamolissime in mea scripta debacchantur.

Verum

Verū priusq; ad quorundā insimulationes respondeā,  
 imitabor illud sapientis dictum, Iustus in principio ser-  
 monis accusator est sui: profiteor me non uno modo  
 peccasse in ædendis lucubrationibus meis. Prima cul-  
 pa plane mea est, quicquid ædo, abortus uerius est t̄q;  
 partus. Hoc uitium mihi penitus insitū est. Nō fero re-  
 cognoscendi tediū, non premendi moram, non eliman-  
 di quod deformatum est diligentiam. Atq; huius cul-  
 pæ toties ipse mihi poenas haud quaç; leues do, maio-  
 re tedio relambens ac refingens mea, q; si initio iusta  
 curam adhibuissem. Altera culpa mihi cōmunis est cū  
 amicis, qui mea facilitate nonnunq; sunt abusi, protru-  
 dentes ad suscipiendum argumentū, ad quod tractan-  
 dum non eram natura compositus, aut quod eius gene-  
 ris esset, ut satius fuerit nō tractare. Id usu uenit primū  
 in Moria, mox in uertendo nouo testamento, q; q; po-  
 sterius hoc optimi quiç; suis calculis approbant, nimi-  
 rum intelligentes hoc laboris fuisse necessarium ad in-  
 telligēdos Græcorum cōmentarios, quorum omnium  
 lectio discrepat ab hac nostra, quæ uulgo fertur. Idem  
 ab Hispanis factum est in ueteri testamento, minore  
 cum inuidia, sed, quod gaudeo, maiore studiorum fru-  
 etu. His rebus factū est, ut multa scripserim potiusq;  
 feliciter. Atq; ut fateor quædam à me facta scriptāq;,  
 quæ nec facturus eram nec scripturus, si seculū hoc ex-  
 oriturum diuinare potuisset: ita testor, animum hunc

à nouandarū rerum studio, concitandisq; tumultibus  
semper abhorruisse, quemadmodū & nunc abhorret,  
speroq; fore ut huius mentis nunquam me pœniteat.  
Tantū præfatus, ueniam ad hominum querimonias,  
quas tu placide quidē refers, sed ita tamen ut in eadem  
esse sententia uidearis. Primum asseueras me huius tu  
multus occasionē dedisse, tametsi causæ datæ gratiam  
facis. Verū improbis, iuxta Græcorū prouerbium, præ  
ter occasionem nihil deest. Hāc si rapiunt è diuinis litte  
ris, si ex ueterū orthodoxorū librīs, nō mirū si rapuerūt  
ex meis lucubrationib; & id quod ad corrigēdos mo  
res recte dictū erat, detorquēt ad tumultū. Hinc orsus,  
addis in hoc cōsentire cunctos, ut cunq; uariantes in cæ  
teris, Lutheranos ex meis fontibus hausisse, quo sua  
pullulantia uenena irrigarent, uel ex meis potius hor  
tis letalia semina collegisse. Tam multa, inquis, conser  
tiunt in placitis utriusq; ut aut Lutherus uideatur Era  
smizare, aut Erasmus Lutherizare. Ego fortasse mearū  
lucubrationum cæcus sum iudex, nec enim eiusdem est  
iuxta Socratem, parere, & de partu ædito ferre iudiciū,  
attamen mea relegens, ut quædam offendō quæ dispi  
cent, ita nullum inuenio dogma, quod cum improba  
tis Lutheri decretis consentiat, sed innumera quæ pa  
lam ab illius dogmatibus dissentiant. Hoc tam euīdēs  
est, ut uere tangi quod dici solet, digitis, pedibusq; sen  
tiri possit. Quid autem isto prouerbio stultius, quod in

ter pseudomonachorum pocula natū est, ἡ θρασύδης 28/  
θερίζε, ἡ λαχθήρη θρασύδης 33. Dignum uero quod abs te clā-  
ro iuxta ac docto uiro recineretur. Sic Lutherissat Era-  
smus, ut coccysat luscinia. Sed age patiar mihi eximi  
oculos in meis scriptis, qui sit, ut quum undiq; complū  
res extiterint, qui summa contentione tentarent ostendere  
me cum Luthero consentire, nullus adhuc potue-  
rit demonstrare, mihi uel in uno dogmate, de impro-  
batis loquor, cum illo cōuenire? Quod si fuisset, at pu-  
tas hoc fuisse tacituros Lutheranos, aut ipsum etiam  
Lutherum, qui quanta uiolentia feratur in me, declarat  
ut nihil aliud, illius seruū arbitrium. Et qui sunt isti qui  
prædicant cōsentire nos in tam multis placitis? Ex tam  
multis sycophantis nullus adhuc extitit, qui uel unius  
dogmatis consensum potuerit approbare. Scilicet pro-  
siliit nuper cum suis cōjuratis aliquot Beda Parisiensis  
theologus, homo quod res indicat, adeo nullius iudicij  
ut careat etiā sensu cōmuni, quid effectit tot arte recen-  
sendis erroribus, nisi ut suā traduceret stupiditatem cū  
insano calumniandi studio coniunctam? Si licet bene  
dicta ad prauū intellectū detorquere, si omnē sentētiæ  
uicinitatē in suspicionem trahere, plura sunt in Hiero-  
nymi Augustini atq; adeo Pauli litteris, q; in meis. Ita  
que impudentissime mentiuntur, qui iactitant Luthe-  
rum ac me non diuersa scribere sed diuerse. Sed atti-  
gi quædam, inquis, uelut in dubium reuocans, de qui-  
bus dubitare nefas. Attigi, non ut ista labefactarem.

sed ut eruditiores solidioribus argumentis comprobarent, quæ nondum videbantur ad plenum esse persuasa. Atq; illa mea qualiacunq; tranquillis studijs, nullo rerum tumultu legebantur, donec stolidi quidam  $\pi\alpha\gamma\epsilon\tau\alpha$ , apud imperitam multitudinē uociferari coepissent, quorum seditiones iuxta ac dementes clamores si tibi pergam hic depingere, uix mihi fidē habiturus sis, tanta portenta latere inter eos, qui splēdidis magnificisq; titulis sese populo uendant. Qui tamen non in aliud promouerūt, nisi quod se cordatis ac doctis uiris reddiderint magis ac magis inuisos, quosdam etiam idiotas mihi conciliarint, quibus ante fueram uel ignotus uel parum charus, sic existimantes, fieri non posse, quin uir bonus esset, in quem illi tam stulte, tam impotēter, tam furiose deblaterarent. At initio, inquis, non fuit ingrata temeritas. Ego priusq; illius libelli prodirent, sumo studio dehortatus sum amicos ne se miscerēt illi negocio, & apud multos profeci. Nec hoc cōtentus, illico scriptis publicatis testatus sum, nihil mihi esse negocij cum Lutherō. Quotquot Louanij agentem adierant me Germani, quos nunc intelligo iam tunc hoc agitasse quod nunc agunt, sic dimisi, ut facile sentirent animum meū penitus abhorre ab hoc negocio. Primus omniū subodoratus sum, ambitione corruptum hominis animū. Qua de re, quoniam adhuc sanabile arbitrabar, ipsum admonui, sed tamen ipsius prouocatus litteris. Hæc nimirum

m̄rum sunt argumēta, mihi placuisse hominis, ut ais, temeritatem. At qui initio, quam tu temeritatem appellas, pleriq; uocabant pietatem. In hac opinione si fuissim, quār ego potius accuser quām cæteri. Ignouit illis Leo decimus, qui prīmū in Lutheri factionē erāt p̄tra/cti. Nunc actio Lutheri mihi nunquā placuit. Fabula quam agi putabam, nō omnino displicuit, sed is error erat mihi cum tot hominum milibus, cum tot utriusq; status primoribus cōmunis. Mores ecclesiæ nīmū pro/lapsos iam olim suspirabat orbis, neq; quisquā usquā erat uir pius, qui non optaret Christianæ pietatis in/staurationē. Sed calamū, inquis, in illum noluisti strin/gere. Scilicet totus orbis mei calami nutu mutasset ani/mum. Et hic finge eloquentia singulari, ingenio summo, doctrina mirabili, gratia & autoritate incredibili prædictus apud Germanos, uidelicet nusquam lauda/tus, nisi dum grauor inuidia. Primum obsecro te uir æquissime, quæ fuisset temeritas, quum orbis tot ha/beret academias, tot eximios theologos, tot eruditos episcopos, si ego priuatus, tum totius rei theologicæ ru/dis, sic enim illi pronunciant, uelut alter David proflis sem lacestiturus Goliath ad singulare certamen, ac to/tius penè orbis fremitum in meū caput prouocasse? Sed finge me hoc facinus ausurum, quod illud fuisset consilium, stringere ferrum in eum, de quo certe dubita/bam, quid ageret, aut quo spiritu duceretur? Rursum

d finge

inge mihi constitisse, quid eram profecturus? Profecto nihil aliud, nisi quod effeci ædita diatriba, in planiciem, ut aiunt, equum, excitauit ferox ingenium ad sua confirmanda dogmata, & illi uehementer addictis triumphū renouauit. Quid p̄fecit Prieras ille uestrās? Tantum uidelicet, ut impositum sit illi Romæ silentium. Silebat academia Lutetiana, & Erasmus pronunciasset in Lutherum: Eram tum fateor utcunq; gratus apud studiosorum populū: autoritas uero quæ tandem esse mea potuit homini nō solū priuato, sed omnibus modis humili. Verum finge fuisse nonnullam, an huic cessissent illi, qui nec academiarum, nec Pontificū, nec Cæsaris autoritatē tantillum cesserūt? Iam ad hoc negotiū, non perinde conducebat eloquentia, si tamen est ulla mea, ut rei theologicæ cognitio. Si uafricie tribris, quod huius peritiam in me extenuet, obijcam tibi grauissimum autorem Stunicam, cuius autoritatē effugere non potes, posteaquam hominē ornasti tam magnifico testimonio. Possum & ex sodalitate Roma na multos obijcere, qui uix mihi tribuūt sensum hominis. Nunc quo grauer inuidia, deum immortalem ex quantula musca, quantus sio repente elephantus. Ita ne nullus erat, qui in tanto orbis tumultu obijceretur aleæ Martis, nisi Erasmus: Quāto felicius tu prodiſſes Alberte, præter ornamenta fortunæ, præter autoritatem, præter gloriam nulla inuidia contaminatam, tam reconditam.

## AD ALBERTVM PIVM RESPONSIo 19

recondita philosophia ac theologiae peritia, tanta fa-  
cundia, tanta etiam moderatione præditus. Hac certe  
via, felicius innotuisses orbi, quam recensendis aliorum  
de Erasmo querimonijs. Sed ubi quæso sunt isti quos  
memoras, tam sagaces mearum lucubrationum ex-  
pensores, qui conferre norunt dicta dictis, priora prio-  
ribus, uerba uerbis, syllabas syllabis? De Leo & Stu-  
nica nihil dicam, quibus cum mihi, si patientur, pacem  
esse cupio, si id nimium est, saltem inducias, lege libel-  
lum de racha, & uidebis unius expensoris præclarum  
exemplum. Nec dubito quin legeris, lege furiosas Be-  
dæ censuras, & perspicies cuiusmodi sint expensores.  
Quod si te piget illa legere, noli uit optime, mihi mo-  
tuere inuidiam cōmemorandis ne dicam compordan-  
dis talium suspicionibus. Hic si tibi cōmemorem, quæ  
censores isti in cōcionibus, in publicis prælectionibus,  
in conuiujs, in conciliabulis, in scholis, in priuatis collo-  
quijs effutierint, planè dices illud è prouerbijs  
<sup>Engivsp.</sup> Et tamen hi sunt, quibus potissimum displi-  
cent mea scripta. Inter tales quoniam tu ob similitu-  
dinem studiorum assidue, ut opinor, uersaris, fortal-  
se non in tempore dixerim illud è comoedia, cortum-  
punt mores bonos colloquia mala, sed tamē insignem  
illū naturæ tuæ candorem nonihil offuscant colloquia  
maligna. Addis catalogū peccatorū meorū, Multa, ut  
ais, legunt in meis, quæ tam male sonent, quæ in dubiū

d 2 reuocent

reuocent iam olim definita, quæ autoritatem admant sacramentis, patrum sanctionibus, pontificis maximi dignitati, sacerdotum honori obstrepant, sacras ceremonias parū reuereantur, monachos insectentur, professiones illorum derideant, consuetudines optimas damnent. Miro Albertum hæc tam manifestæ uani-tatis uel referre posse. Nam pluasum habeo hæc tuo quidem calamo, sed aliorū animo scribi. Poteram uno responso refellere uniuersa, si dicerem, quod uerissime dicere poteram, hæc omnia esse splendida mendacia. Cæterum ut ad singula tribus uerbis respondeam, Si quid in dubium reuocaui, aut tale fuit, ut nondum uide retur satis excussum, aut de quo nō extaret ecclesiæ definițio: id si quando facio, testor ingenue, me nolle præ-iudicare usquam ecclesiæ placitis. Ecclesiæ sacramentis ne tātulum quidem autoritatis detraxi, sed addidi non nihil, quod quidem in me fuit. Quas uero tu patrum sanctiones appelles nescio, Ecclesiæ constitutionibus tri-bui quod satis est, nisi forte parum illis tribuit qui non æquat illas præceptis diuinis. De Pontificis dignitate mox dicam. Si obstrepit sacerdotū honori, qui per occaſionem admonet eos officij, fateor obstrepo nonnunquam, sed hic strepitus est mihi cum Hieronymo, cum Cypriano, cum Chrysostomo, cum Bernardo communi-nis. Sed quorsum attinet à priscis asciscere patrocinium, quum tu in hoc tuo libello multa libere dicas in sacer-dotes,

dotes, theologos, ac monachos, nihilo secius ipsam professionem summopere probans? Quir autem tractatur diuinæ litteræ, nisi ut obstrepant malis omniū moribus? Nec uerear is improbare quasdā receptas in ecclasiā ceremonias, ueluti cantum præfractum, ut uocas, & organorum strepitū. Nihil detraxi dignitati sacerdotum, sed isti fortassis alio gnomone metiuntur sacerdotum dignitatem, quām ego metior. Ecclesiasticas ceremonias semper ueneratus sum, immodicas, superstitiones, & ineptas alicubi taxo:taxo illos quorum mūdus est plenus, qui neglecta uera pietate fidunt ceremonijs, sacris quidem illis, sed in hoc repertis, ut hinc proficiamus ad meliora. Profer mihi unū monachum, quē ut monachum sum insectatus. Nullos ego magis ueneror, nec inter ullos magis liberet uiuere, quām inter eos qui uere mortui mundo uiuunt secundum regulā euāgelicā, nisi hæc corporis imbecillitas redderet me ad omnem hominum conuictum inutilem. Si quādo moneo adolescētes, ne se temere præcipitent in uitæ genus ignotum, ipsi interim ignoti sibi, si taxo monachos qui circumueunt mare & aridam, ut artibus rudem ætatem pelliciant in nassam, si cōmōstro quibus in rebus sit uera religio, an ob id insector monachos? Nec ordinē, nec professionē usquam insector: cum collegijs in quibus uiget regularis disciplina mihi semper fuit amicitia, & ut quisq; monachus integerrimus est, ita mihi

d. 3. semper

semper fuit charissimus. Et istorū qui se traducunt in dies magis ac magis, non raro me miseret. Quod si mudi favor in quosdā refixit, suis factis imputent, nō meis scriptis. Quas autem optimas consuetudines damno? Ni si forte isti uocant optimum quicquid est uulgo receputum. Ad hæc omnia, quum & alijs compluribus, & Stunicæ responderim, tu tamen ea recensens, perinde quasi nihil responsum esset, occinis nobis ueterem querimoniam. Proferuntur scilicet epistolæ, in quibus Lutherum uel laudo, uel tam remisse tracto, ut multis uidear επαμφοτερίζω, tametsi uideor improbare tumultum. Quid mirum, si quum res adhuc in ancipiūt stare, suspense loquitur? An ille protinus colludit cum Ario, qui probat hominis ingenium & scripturarum pertinaciam? Contentiosas opiniones in Lutherō nunquam probauit, nec ioco, nec serio. Fortassis ea fuit uel tua felicitas, uel mea infelicitas, ut solæ epistolæ quæ ad calumniam faciunt, delatae sint ad manus tuas, sed diversæ perferantur ad Lutheranos. Ita tibi ut uidetur usus uenit in scriptis meis, quod prudenter simul & grauiter ipse scribis, uulgo fieri, ut quæ deteriora sunt deferantur ad nos, meliora sileantur. Quum tot locis quæ iusta sunt deferam autoritati ecclesiæ, sacramentis, patrum sanctionibus, pijs sacerdotibus, sacris ceremonijs, uero nomine monachis, optimis consuetudinibus, id est tam frequenter, ut si uelim omnia in unum colligere, nasciturū

turum sit ingens uolumen,nihil tamen horum ad te defertur,aut occurrit,sed tantum ea,quæ possunt ad columniam detorqueri. Iam finge me scribere priuatim ad principem,quem scio toto pectore fauere Lutherο, an non moderandus est sermo ,ut impetrem quod ago, si modo id quod ago pertinet ad religionē Christianam? Si is tibi uidetur ἐπαυτερίζειν,aut, quod uerbum post magis arrisit tibi ἀμφισβητέειν, qui non dimouens oculos à scopo pietatis euangelicæ,in utraq; parte probat quod probandum est,damnat quod improbandum,fateor me & nunc ἐπαυτερίζειν, & tamen ab ecclesiæ communione nec latum digitum discessi, nec ulli me factioni unquam addixi, quanquam innumeris machinis huc protrusus. Itaque planè uanum est,me nihil in Lutherο damnare, prater seditionem. Sed ut demus esse uerum, an tibi uidetur leue malum detestari , qui detestatur seditionem? Quantum mundani spiritus iam pridem irrepuit in ecclesiam, quam multa sunt,ad quæ iam pridem suspirant homines quibus Christi gloria chara est,quam penè fuit extincta scintilla uigoris euangelici; Et impius est qui hæc correcta uellet,sed autoritate principum, & pontificum, ne res in tumultum uersa,cedat in deterius? Non ille Metius est , qui nunquam discedit à recto, sed is potius, qui Christo titulis ac ceremonijs blan ditur,re uera mūdo seruit. Quid si uideremus eam esse

conditio,

conditionem rerum humanarum, ut semper in deterius  
prolabantur, τῷ περιττῷ, quod aiunt, περιγνωμών, cur-  
su quodam & impetu suo, etiam quæ sunt optimis in-  
stituta rationibus, ad pessimos mores pertrahentes, ob-  
secro te ad quid ualent sacræ litteræ, si nō licebit per eas  
ad extrema degenerantem pietatem ad archetypum  
reuocare. Quid erit lux, si ponatur sub modium? Quid  
erit sal, si nihil habeat acrimoniam? Tollamus ē medio  
sacras litteras, & concordes hilarescē compotemus, &  
abolito Christo fruamur hoc mundo dum licet. Hoc  
quid sit, non omnes intelligunt. Sunt enim non isthic  
solum, uerum etiā in omnibus mundi plagis, qui Chri-  
stianismum aliquot ceremonijs metientes, nihil aliud  
quā mundum spectant, nec unquam serio de Chri-  
sti philosophia cogitarunt. Nec iam ea res clam habe-  
tur, eò profecit impietas, ut semet in apertum proferat,  
hinc manifestū Iudaismum referens, hinc euidentem  
paganismum, adeo plerisq; desuetis studio pictatis, ut  
fucum etiā pietatis abiecerint. Arbitror te uirum eru-  
ditum, bonū ac prudentem, intelligere quid hic dicam,  
quid premam publicæ tranquillitatis causæ meæ detri-  
mento seruiens. Non omnes qui Roman se conferūt,  
agunt religionis negocium, nec omnes Christi negociū  
agunt, qui Lutherum appellant pestilentem bestiam.  
Et qui scimus an talem bestiam corrigidis moribus  
nostris immiserit deus? Hæc eo minore suspitione lo-  
quor,

AD ALBERTVM PIVM RESPONSI<sup>O</sup> 25

quor, quod is in neminem immanior bestia fuerit, q̄ in me. Et adhuc tamen cum illo videor colludere, & cū tali bestia depugnantem ē transuerso adoriuntur Su- tores & Bedæ, nimisrum religionis zelo cōmoti. Sero, in quis, prosilisti ad pugnam. Vt inam istud crimen uere in me hæreat. At ego uereor ne ante tēpus, ni alijs præ fidjīs agamus Christi negocium, q̄ adhuc agi video. Multa reticeo, ne quid hulceris rebus ad hunc modum exasperatis renouem. Isto nomine in ius uoca theolo- gos Lutetianos, q̄ sero prodiderūt articulos, nec aliud quam articulos. An quisquis non strinxit calatum in Lutherum, Lutheranus est. Et ipse abstinui, & alios deterrui à factiōe. Quid erat necesse me scribere in Lu- therum, in quem primus omnium scriptit Prieras sa- tri palatiū magister, q̄ feliciter, ipse non ignoras. Nulli magis adiuerunt causam Lutheri, q̄ qui uel stolide clamauerunt, uel frigide scripserunt in Lutherum. Quis autem iniunxit mihi prouinciam cōserendi manus cū Lutherō? Solus Nicolaus Emondanus, ubi coram gy mnasiarcha Louaniū quantum collibuit conuictorum in me deblaterasset, hisce uerbis inuitat me ad hoc ne- gocium, scripsisti pro Lutherō, scribe nunc contra Lu- therum. Bella cōditio, ut me profiterer fecisse, quod nū quam inciderat in animum, deinde scribēdo poenas da rem. Iamq; uolitabant monachorū uoces, cōmittemus Erasmus cum Lutherō, deinde perdemus utrumque.

c Quis

Quis non miretur, Erasmus talibus blandimentis,  
non potuisse pellici ad scribendum aduersus Lutherū:  
Iam qui censorium diploma detulit, illico spargebat  
has uoces apud suos, nihil egerimus nisi prius extincto  
Erasmo. Constanter fugit meum colloquium, suborna-  
tis tamen, qui quid de ipso, seu Lutherī negocio senti-  
rem explorarent. Et certe nihil ab eo tentatum non est,  
ut me perderet. Atqui longe aliud in mandatis habe-  
bat à Leone decimo. Sed recte facis, qui tandem descen-  
das nominatim ad quædam, quibus infirmioribus plu-  
rimum obsuerim ad pietatem, quançq; quos tu quidē  
infirmos appelles nescio, nisi forte Stunicam & Bedā  
inter infirmos numeras, aut certe Lutherum. Nam hos  
potissimum offendit. Quorsum attinebat, inquis, anno  
tare, prisco tempore non fuisse agnitam aut exertam ma-  
ximi Pontificis potestatem? Damasum papam, sum-  
mum sacerdotem dictum fuisse non summum episco-  
pum, Augustinum scripsisse episcopo Romano, & per  
inde Hieronymum ut æquali cæteris episcopis, multis  
prætermissis quæ in oppositū ab ijsdē scribūtur &c. Hic  
rursum uir ornatissime quæsto, ut patiēter audias quod  
uerū est, cogor uel desiderare candorem in te, uel suspi-  
cari, tibi nostra nō esse lecta. Quū em̄ ad id quod obij-  
cis satis, ut opinor, responderim tum Stunicæ tum alijs  
sycophantis, tu perinde refers, quasi nihil omnino sit re-  
sponsum. Ego ut locus incidebat, annotavi, non in unā  
partem

partem tantū, sed & in diuersam, quotū alterum excerptis ad calumniam, alterū factū negas: nec id ulla in Romanum pontificē malevolentia factū est à me, sed quo de hac re disputantibus cogitandi materiam suppeditarem, & diluendi quod offendebat præberem occasio nem. Imò plura sunt in meis loca, quæ tueruntur summi pontificis autoritatem, q̄z quæ uocant aliquid in dubitationē: tum in æditione posteriore si quid erat eius generis, ut posset infirmū, uel ut melius dicā, plus satis firmum offendere, uel sustuli uel mitigaui. Verū quæ faciebant ad calumniā, ea tantū ad te delata uidco, sed diuersa uidit Ioannes Eckius, qui ex ijsdem annotationibus citat meum testimoniu pro tuenda summi Pontificis dignitate. Quanq̄ id, ut dixi, à me nō uno in loco factū est, & alioqui tot scriptis tribuo Romano pontifici totius ecclesiæ primatū, frementibus cūctis, qui Romano Pontifici maleuolūt. Quæ tanta iudiciorū peruersitas, alteris dico labefactare pontificis autoritatē, alteris dico adulari. An nō à multis disputatū est & quotidianū disputatur de potestate summi pontificis? An nō hic in qbusdā transalpini theologi, à cisalpinis dissentīunt? Nōne Occam aliquādo uellicat Romani pontificis autoritatē? Nōne idē facit aliquoties Ioannes Gerson, ne quid dicam de Bernardo? Nōne pridem Card. Caietani libello, respōdit quidā è Sorbona theologus? Necq̄ tot seculis cōuulta est Romani Pont. dignitas: & tantū

ualuerunt decem Erasmi uerba, non asserentis, sed obiter indicantis locū in autoribus excutiendum, ut totus mundus insurgeret in Pontificem, neq; quicquam ē diuerso ualuerunt tam multa, quibus constanter & reuerenter assero Romano Pontifici suam dignitatē. Hæc isti quidem dissimulant, at ea nō fugiunt Lutheranos, apud quos hoc nomine pessime audio lapidorib; consuicijs, uelut assentans hosti ecclesiæ, sic enim illi uocant, quem nos appellamus ecclesiæ principem. Iam quum constet ex ueterum monumētis, Romano pontifici nō usurpatam fuisse potestatem, quam nunc usurpat, qui distinguit traditam potestatem, ab exerta, utrum labefactat Pontificis autoritatem, an stabilit potius? Nimirum stabilit, indicās uiam, qua possint illa refelli. Quod si agnitæ & exertæ uoces offendunt aures, ijsdem usus est Card. Caietanus in postremo libello, quo defendit pótificiam maiestatem, cur mihi uitio uertitur, quod in illo laudatur. Ego apud Lutheranos non alio nomine peius audio, quam quod ubiq; sartam tectā uolo Pontificis autoritatem. Et utinam omnes Romani Pontifices tam metirentur suam dignitatem ijs rebus quibus oportet, quām ego illius autoritatī nihil detractum uolo. Videant autem ne qui dignitatem illius tantū æstiment ac tuentur huius mundi præsidij, peius illi consulant, ijs qui palam incessunt. In me compertum habeo, nullum hostem plus adferre mali, quām amicum.

impr.

imprudenter ac sinistre diligentem, Plus inuidiae confla-  
uit pontificio nomini Caietani libellus, nimis officiose  
scriptus, quam Lutheri concilia. Nec parum offecit eius  
opinioni ἀπλωματοφύσις ille, tam insolenter se gerens,  
doctis ac magnis etiam minitatis, & omnia suis sumis co-  
plens. Dixit apud me, Pontifex Romanus tot duces,  
tot comites saepe deiecit, facile deinceps tres pediculosos  
grammatistas. Idem aliâs dixit, Pontifex potest dicere  
Cæsari Carolo, tu es cerdo: utrum hoc est tueri pontifi-  
ciij nominis dignitatem, an sinistre prædicando in odiu  
pertrahere. Huius collega dixit apud me, Bene inue-  
niemus illum ducem Federicum: idque prorsus eo uultu,  
quo solent tetrici litteratores pueris minari uirgas. Ha-  
benda ratio dignitatis pontificiae, quis negat? Sed non  
minor habenda est ratio gregis pro quo Christus effu-  
dit sanguinem. Autoritatis, dignitatis, dominij, princi-  
patus plena sunt omnia. Sed mundus interim eget pa-  
storibus, contabescit iciunio uerbi dei, errant homines  
uelut oues palabundæ, quia non habent qui præluce-  
ant piæ uitæ exemplis, qui è diuinis litteris erudiant, ad  
monent, increpent, hortentur, consolentur. An credis  
nos nescire qualem populum habeat Italia? de uulgo  
loquor, satis pium habitura, si sacerdotes sui muneris  
meminissent. De nostris nimium habemus compertum.  
Quid est in causa? Nempe quia sacerdotes quiduis  
agunt potius quam quod oportet, tempora muta sunt,

raris etiam sacrificijs, ut de uita sileam. Grex dñi, qui de  
glubant, qui maectent habet, qui pascant, qui soueant  
nō habet, aut certe paucissimos. Hæc istis querulis non  
magnopere turæ sunt. Sed alius supputat quanto mi-  
nus redeat ex decimis aut indulgentijs, alius quantum  
decedat emolumētis ex dispensationibus, annatis, cōfir-  
mationibus, priuilegijs, exemptionibus, litibus, officijs,  
feudis, alijs c̄p̄ similibus, ex quibus accrescere solent epi-  
scoporū census ac dignitas. Quæ tñ ego nūc inuidi sa-  
cerdotibus. Debet illis honos, & uictus ad dignitatem  
sufficiens, non ad luxū exuberans, sed optarim illos nō  
minus meminisse quid ipsi debeant populo, c̄p̄ quid  
populus debeat ipsis. Hæc si facerent, sentiret ni fallor,  
orbis fauorem in ipsos recalescere. Nam autoritas nō  
alijs defensa præsidij c̄p̄ minis ac supplicij, c̄p̄ diutur-  
na stabilisc̄p̄ futura sit nescio. Et hic parum candide me  
ptrahis in causam, in qua nec obticescere mihi cōmodū  
est, nec respondere tutū. Sed obsecro te nōne præclaras  
causas adferunt isti, quibus doceant me totius huius tu-  
multus fuisse autorem: quoniam memini nondum ex-  
ertæ potestatis, quoniam annotauit Romanos Ponti-  
fices olim alijs titulis appellatos quām nunc appellan-  
tur. Quançp̄ in his nihil est, quod ex diametro pugnet  
cum his quæ tu recitas in summi Pontificis cōmen-  
tionem. Atqui tam atrox crimen erat alijs argumentis  
approbadum. Evidē adeo faueo testimonij quæ tu  
dixeris.

diserte profecto & elegâter in pontificiæ dignitatis ap-  
probationem adfers, ut doleam te non efficacioribus  
usum argumentis. Nobis enim qui toto pectore agno-  
scimus episcopi Romani primatum, præsertim in spiri-  
tualibus, ista abunde satisfaciunt, uel ut melius dicam  
superuacanea sunt, Illis erat respondendum, quæ alij di-  
ctis ac scriptis impingunt illi. Quæ cuiusmodi sint, nō  
est quur te admoneam: ad ea uix interdum habemus  
quod respondeamus. Quod si tibi uidetur pontificis læ-  
dere maiestatē, qui monendi gratia dicit aliquid in ma-  
los pontifices, cum Cypriano, cum Hieronymo, imò te/  
cum ipse expostules oportet, qui in hoc ipso uolumine  
tam multa dicas in impios sacerdotes, & irreligiosos  
monachos ac theologos morosos. Non est, inquis, grā-  
matistarū incessere uitā pontificū, quod tñ in alios dicis  
nō in me, nec improbo quod dicens, ne illud quidē, quod  
scripsit Card. Cajetanus, solis monarchis fas esse mo-  
nere pótificē, sed blāde, si palām tyrānidē exerceat in ec-  
clesiā. Sed quomō claudes ora plebis? An minis tātū?  
Huius generis est, qđ alicubi tribus uerbis dixi, nomen  
Cardinalis fuisse ignotū ætate Hieronymi. Quid tum  
postea? An protinus corruit uniuersa Card. dignitas?  
ut nomen fuerit, certe hoc Card. genus non erat. Nec  
hypodiaconi, nec archidiaconi nomen extat in aposto-  
licis litteris, quemadmodum nec archiepiscopi. An eō  
protinus damnatur ordo? Monachorū genus primū  
sub Anastasio nosci coepit Romæ. Num ideo p̄tinus

damniatus est monachorum status? Nullus ante me  
disputauit, quo tempore, quo fonte sit ortus Cardina-  
lium ordo? Nemo de turba & pompa Card. questus  
est? Pontificum libelli indicant tum institutos, quum  
orbis agnoscens Romanam ecclesiam totius reip. Chri-  
stianæ principem, eò confluueret si quid extitisset, quod  
eruditorum consilium requereret. Ad id muneris electi  
sunt duodecim Card. uiri doctrina, moribus, & lingua  
rum peritia instructi, qui nunc uocantur pœnitentiarij,  
penes quos haeret functio. Nomen ac dignitas penes  
alios est, quæ nunc regum æquatur celsitudini. His de  
rebus quanta sit orbis querimonia nihil attinet referre.  
Ego tantum dubitaui, num Card. dignitas sit ab apo-  
stolis profecta, & sum autor totius tumultus, quia per  
occasione tribus uerbis notaui, uideri nomē illud esse  
recentius. At innumera loca sunt in meis lucubrationi-  
bus, in quibus honorificentissime scribo uel ad Card.  
uel de Cardinalibus, ad quæ quū tremant qui male uo-  
lunt Romano Pontifici, tamen isti dissimulant, sed tan-  
tum apud illos ualet trium uerborum annotatiuncula,  
ut totum hunc tumultum existiment mihi imputan-  
dum. Vtinam Cardinales uera dignitate præfulgeant  
quotquot sunt, & orbem his dissidijs liberent: & sum-  
mus Pontifex qui multorum regum unus dignitatem,  
opibus & strepitu superat, tantundem ualeat autorita-  
te spiritus, ut filios suos redigat in cōcordiam. Nō enim  
altius

altius hunc specum ingrediar,in quales tu me nimium  
sæpe uocas. Nam si lubeathic tractare quibus in rebus  
sita sit uera procerum Ecclesiasticorum dignitas,& ad  
hanc conferre mores & acta horum temporum,intelli  
git,opinor,tua prudentia quantus mihi pateat dicen  
di campus,Sed absit ut oleum camino adiçiam. Si  
Stunicam probas,quod ob nescio quæ uerbula liberis  
us in interpreté dicta,uelut è plaustro debacchatus est  
in nos,concedet æquitas tua,ut qui decorem domus  
dei spiritualem ex animo diligunt,aliquando duobus  
uerbis indicet,quid optent.Dixi olim presbyteros epi  
scopis fuisse pares,dixi sed dignitate non functione.  
Imò nō ego dixi,sed hoc dixit Hieronymus,apud quē  
& illud legis,episcopos patres esse non dominos.Idem  
ille dixit,quod mihi impingis,Ecclesiam creuisse op  
ibus,decreuisse uirtutibus,quid dicturus si uiueret hisce  
temporibus? An non istiusmodi multa referuntur in  
decretis pontificum? Scripsi olim synodos indicí solere  
ab imperatoribus.An hoc nō liquet ex historijs? Imò  
Hieronymus inter argumenta synodi legitime congre  
gatae requirit,ut æderet nomē Imperatoris,cuius iussu  
fuisset cōgregata.Ostendo quid olim fieri soleat,nō da  
mno quod nunc fit,& quod ostendo nemini docto  
fuit obscurum,etiam si ipse filuissem.Nec adeo uetus  
est quod dico.In Constantensi & Florentino concilio  
præsedit Imperator.Matrimonium ubiqꝫ inter eccl  
esiæ

six sacramēta proprie dicta numero, sed Petrus Lombardus nō numerat, Durandus dubitat, nec ea res mo-uisset quenq; nisi fuisset tragicis exagitata clamoribus. Ad eā calumniā quū & Stunicæ & Sanctio, & Leo re-sponderim, tamē hoc inter argumēta refers, quibus do-ces me detrahere sacramētis autoritatē, dissimulās me-toties reieciisse calumniā. Quorsum, inquis, pertinet ho-rarias preces accusare? Ad hoc nihil aliud respōdeo, nisi quisq; hoc ad te detulit, insigne mēdaciū detulit. Mihi-ne per somniū quidē unq; in mentem uenit damnare preces horarias, etiā sī qñ per occasionē taxem quosdā, qui illis sine mente demurmuratis sibi placent. De secreta cōfessione, quoties respondi, & mihi perinde ac si ni-hil responderim, occinitur eadē cantilena. Quid autem periculi, si Eucharistia quondā aliter sumebatur q; nūc sumit? An id nemo sciturus erat, nisi ego monuisse? An nō licet ex ueterū monumētis annotare, quomodo paūlatim ritus ecclesiæ uenerint in hunc statum? Olim non semel synaxis agebatur inter Christianos, & age-batur pane non cōsecrato in corpus domini, ut est pro-babile. Hæc & huiusmodi scire, facit ad intellectum ue-terum orthodoxorum. Nusq; ulla syllaba taxauit ritus præsentis ecclesiæ. Et hic scilicet erat augendus calūnia-rum numerus. Adicisti enim superiori libello, quem ad me miseras, & fieri potuit, ut hoc Bedaicus quispiā inscio te admiscuerit tuo libello. Ais enim, quām erro-neum

neum & illud, nuptias tantum laudibus efferre, ut eas  
coelibatui & continentiae prætuleris. Quis impudenter  
mendax hoc tuo candori suggestit? Ducentis locis effe  
ro continentiam, citra matrimonij contumeliam. Sed  
horum nihil occurrisse tibi non miror, quum mea non  
legas. Quod si tibi uisum est huiusmodi criminū elei  
thū nobis recitare, simplicius erat Stunicæ titulos om̄es  
huc transcribere. Certe si tibi uacauit illius calumnias le  
gere, debebas & nostram responsonē inspicere, quam  
fateris in hoc profecisse, ut mea minus læderent, quum  
in hoc quoq; profecerit, ut liqueat illas reprehensi  
nes fuisse meras sycophantias. Ad id quod calumnian  
tur in declamatiuncula de matrimonio, iam multis ad  
fastidium usq; respondi. Verum hic istis mos est, ut no  
stris dissimulatis, sua tantum recinant, atq; ita uincent  
scilicet. At ego uereor, ne clamoribus & odijs suis eō  
proficiant, ut hæc rerum calamitas aliquādo demigrat  
isthuc. Tum desinent ferocire. Sed Christi ut spero bo  
nitas, ut olim Minerua creditur Atheniensibus, incom  
positos hosce tumultus nobis uertet in lætiorem exitū.  
Tux certe moderationis erat, tam atrocia crimina aut  
non recitare, aut solidioribus argumentis euincere.  
Falso delatum est & illud, me taxare cantus & cere  
monias ecclesiasticas: genus cantionum, aut harum  
fiduciam, aut aliud circa hæc incidens uitium, alicu  
bi taxo, nec iniuria, quum idem tu facias. Aequ

uanum est me taxare monachos, uanius est me taxare illorum professionem, nisi forte solos monachos admoneri non uis. Ego puto magnum esse discrimen inter scurram & monachum. Vbi professionem illorum tribuerim infirmitati, non satis memini, & fieri potest, ut hoc sub aliena persona diputandi gratia pponat, certe probabilis est sententia. Firmior enim uidetur, qui diuis tis corrupti non potest, quam qui abiicit ne corruptatur, infirmior uidetur eo, qui uersans inter bonos ac malos seruat integratem suam, quod uidemus factum ab apostolis. Quid autem esset piaculi, si dixisset monachorum constitutiones esse infirmitatis, quum idem de lege Mosi non impie dici queat? quam Paulus uocat paedagogū. At paedagogus non adultis adhibetur, sed pueris & infirmis. Vides ne uir illustris, quam haec argumenta tam frigida non respondeant atrocibus illis titulis initio causæ propositis? Et tamen interim in gratiam, ab episcopis, Card. sacerdotibus, theologis ac monachis. Eiusdē ueritatis est, quod scribis me detestati decreta ecclesiastica, & sanctiones humanas, quū toutes detester istos, qui consuetudines & cōstitutiones ueterū temere contemnunt. Scio te referre calumnias alienas, sed indignas quæ tuo mihi crede, calamo uel commorentur. Periculum est enim, ne forsitan exoriantur qui tam impudentium mendaciorum congeriem, suscipi centur

centur ab eo profectā unde referuntur. Expedit admo-  
tieri populum ne contemnat iustas, æquas,pias princi-  
pum & episcoporum constitutiones, sed necessariū est  
eundem admoneri, primum habendam rationem dei.  
Si nullæ sunt cōstitutiones episcoporum iniquæ, super-  
uacaneæ, ad quæstum spectantes potiusq; ad pietatē,  
tamen utilis est admonitio, ne tales nascantur. Nunc  
mūdus plenus est istiusmodi querimoniarum. Prospic-  
ciendum est autoritatī præsulum, sed interim nō negli-  
genda cura gregis. Non enim populus propter episco-  
pum, sed episcopus propter populum est. Per me ue-  
ro nullus adeo didicit oppedere suo præsuli, ut doceā  
etiam malis episcopis obtemperandum, modo ne quæ  
iubent reddant impios. Adeo ne uacillat episcoporū di-  
gnitas, & monachorum autoritas, ut ruitura sit, si quis  
illos in genere sui officij admoneat. Quanç ego sanè  
non tam admoneo, q; quid in ueterum monumentis  
sit indicō. Quin igitur exuruntur Hieronymi libelli cō-  
plures, quin eradunt̄ è decretis Gratiani pmulta, quin  
tolluntur à medio libri Bernardi de consyderatione ad  
Eugenium? Et hæc tu recenses non solum nuda ac de-  
stituta, uerum etiam aliter quām habentur in lucubra-  
tionibus meis, ne locis quidem indicatis, unde poterat  
refelli calumnia. Sed homo prudēs uolebas mutari uo-  
ces quibus offendī poterant infirmi. Meis scriptis uir-  
clatissime non offenduntur infirmi, sed improbi quidā

addicti mundo, cuius minima cura est ueræ religionis,  
sed alius metuit suo regno, alius gloriæ, alius quæstui,  
alius ocio & luxui, alius simul his omnibus. Sed demus  
excidisse mihi quædam, quæ præstiterat reticuisse, quid  
tandem utilitatis adfert ista tua querimonia? An ut  
me prouoces ad eorum defensionem? Optarim illuc mihi  
minus bonam esse causam, si cōpellat ad hāc apolo-  
giam. Sed satis exculceratæ sunt res hominū, etiā si nullus  
unguis uomicam hanc exasperet. Quid minus expe-  
dit q̄ hāc traduci, quæ melius sopirentur? Ego nō ul-  
la huius generis sustuli è libris meis posterioribus ædi-  
tionibus, nō quod defendi non possent, sed quod tan-  
ti non erat contendere. Et hoc dissimulas. Quam malā  
gratiā in iſt Stunica apud Germaniæ præfules, colle-  
ctis ac proditis locis, quibus in me conabatur uniuersum  
hominum genus concitare. Quamobrem? Quia  
qui cum Lutherò sentiebant amplexi sunt eum libellū,  
florilegiū appellantes, & cordati præfules maluissent  
illa latere in scriptis meis, q̄ decepta subiici omnia  
oculis. Proinde unus & alter summatum è concilio No-  
renbergensi, scripserūt ad me, rogantes ne quid respon-  
derem Stunicæ. Mihi quidē hoc fato quodam accidisse  
uideatur, ut nullus hostis grauius me læserit, quam ami-  
ci quidam inepte fauentes, dum nihil aliud efficiunt, q̄  
ut hostiū animos in nos exacerbent. Verum ego tota  
hac actione, cogor frequenter causam meam deserere,

dum

AD ALBERTVM PIVM RESPONSIO 39

dum consulo publicæ tranquillitati, Iam quò pertineat non video quod hic cōmemoras infantiam & gradus quibus huc usque creuit ecclesia. Nunquam enim mihi fuit animus ecclesiæ ritus ad illam infantiam reuocare. Cum morib⁹ prolapsis semper pugnandum, ne n̄m̄ degenerent ab illa prisca simplicitate. Et ut sunt ætatum gradus, ita fortassis est senectus quædam desipiscentis ecclesiæ. Nihil autem utilius Christianis, quām semper repuerascere, & ad priscam eniti synceritatem. Quis unquam audivit ex me Romanum pontificem cogendum in ordinem, aut Cardinales esse sub mouendos, aut æquandos Episcopos, tum inter ipsos, tum cum presbyteris, aut ecclesiam opibus suis spolian dam, aut matrimonium ejiciendum è numero sacramentorum, aut tollendam esse confessionem, aut eu charistiam domi sumendam, aut cantus & ceremonias tollendas ab Ecclesia, aut monachorum ac monacharū statum euertendū, aut aspernanda decreta ecclesiæ Catholicae? Quod si nihil horū, neq; dictum est à me neq; scriptum, quorsum ista tam inuidiosa mihi impingis? Sed tamen in his plurima irrepserunt in uitā hominū, quæ corrigi sit è re Christianæ pietatis. Eam prouincia cedo proceribus ecclesiæ, nobis tamen opinor esse fas alicubi monere, præsertim ubi sacræ litteræ suggesterunt occasione. Vide etiam atq; etiam ornatissime princeps, quantam hic moq; eas camarinam, si tibi res esset cum homine,

homine, cui Christianæ rei tranquillitas, non esset char-  
tior existimatione propria. At hæc, inquies, docet Lu-  
therus. Ut doceat, ex meis hortis nihil huiusmodi le-  
git seminum, nisi pariter & euangeliū & epistolas apo-  
stolicas & prophetas in ius uoces, unde magis collegit  
quam ex meis. Non existimabam ut mihi obijceret  
tur, quod semel, opinor, instrumentum dixerim pro te-  
stamento, secutus Hieronymum, quem alioqui trecen-  
tis locis appellem testamentum. Id si, ut ait, fecisset ad  
ostentationem, quid ostentationis habet hæc uox in-  
strumentum? Nec satis video, quur Hieronymus in-  
strumentum alicubi maluerit, quam testamentum, nisi  
quod instrumenti uox magis explicat uolumina, quū  
testamentū sit uoluntatis & pacti. Eam differentiam co-  
monstrat diuus Augustinus, nihil abhorrens ab instru-  
menti uocabulo, quemadmodum nec Hieronymus. Et  
hanc ipsam uocem arbitror à me mutatam, & si resedis-  
set, quemadmodum residet in aliorum libris, quid erat  
piaculi? An hinc etiam erant orituri tumultus? Sed  
atrocius est quod dixerim euangeliū fabulam. Male sit  
istis diabolis, qui talia mendacia deferunt ad aures istas,  
dignas quæ melioribus fabulis occupentur. Quis unq[ue]  
legit in scriptis meis euangeliū fabulam? Quæ tandem  
eruditio[n]is iactatio, si fabulam dixi pro negocij actio-  
ne. Emphasis uocis captata est, nō nouitas. Si mihi sup-  
petisset alia uox, quæ pariter repræsentasset quod ani-

mo

mo sentiebam, abstinuisse à fabulæ nomine. Euangeliū non abstinet à fabulandi uoce, & tota ecclesia nūtat, quod alicubi fabulæ nomen usurparim. Hieronymus Dalilæ & Sampsonis historiam fabulā dicere nō ueretur, sed longe mollius est fabulæ uerbum, quum respondet Graecæ uoci, quæ est θεομα, hoc est, actio negoti, quod diuersis personis agitur, suas quacq; partes implente. Veluti quū Philemon dicitur peregisse uitæ fabulam. Sed ad fabulæ calumniam abunde respondi præter alios Bedæ. Ex hoc quoq; loco uir eximie, colligo te planè nostra non legisse. Iam uocatur ad partes nostra Moria, quæ multorum, ut ais, iacturam fecerit. Nunq; audiui muscam mea Moria perisse, nisi quod mihi non nihil peperit inuidiæ, sed apud theologos ac pseudomonachos, & tamen non aliis liber maiore cū applausu erat exceptus, non iam dico iuuenū, sed principum & ecclesiæ primatum. Quin ex amicorū litteris cognoui, opus hoc Leoni decimo perlectum nō dispuisse. Alioqui argumentum hoc nec ex ingenio meo scripsi, nec unquam ædendum putau. Datum est ut cunque amicorum affectibus. Porro quod mei nominis interesse putas, ut opus hoc penitus aboleatur ex hominum memoria, næ tu mecum facis, idq; iam pro pœnorum acciderat. Tantum enim erat de Moria silentium, ut mihi ipsi exciderit suisse scriptam. Verum

g ista

ista tua cōmemoratio refricans illius memoriam non patitur eam excidere mentibus hominum. Fieri non potest, ut ædita non sit, nihil superest, nisi ut silentio cōsopiatur. Hic rursus meum fatum agnosco, delata est in manus tuas Moria, at non delata est eius defensio, qua Dorpio qui primus omnium de ea questus, hinc nominis celebritatem auspicatus est, respondeo. Quāquam nūsc̄ ita defendi Moram, quin ne dicam dolo, maluerim nō æditā. Nullus tamē adhuc extitit iniquor Moriae censor, q̄b isti quorum tu recenses iudicia. Ineptias appellauere quidā, alij libellū periculosæ libertatis, nemo tantam impietatem tribuit, quantam uix, ut aīs à Porphyrijs aut Julianis expectemus. Quæ uero pestifera semina, aut quas proceras arbores mihi narras, pestilentibus onustas fructibus, aut quas plurimorum hominū strages memoras? Neminē audiuī tam morosum, ut diceret quenquam opera Moriae factum pilo deteriorem. Multorum iudicia correcta sunt, pluri morum discussa tristitia. Vnde maiorem in modum demitor, uel ista tibi uenisse in mentem, siquidem hæc scribis ex animi tui sententia, uel si aliorum refers opinionem, tibi digna uisa, quæ chartis tuis illineres. Scient enim uit eruditissime & multis & insignibus mendacijs, non tuis quidem illis, sed tuo calamo proditis, in eorum gratiam, quibus uideris istam cantilenam  
cane

canere. Siquidem mihi non canis, uel quia scis esse serum, uel quia non ignoras opinor me ad istiusmodi querimonias respondisse. Primum fateor esse quædam, quæ non in aliud parata sunt, quam ut risu letorem exhilarent. Ea nullos offendunt, nisi quodam adeo tetricos, morosos, & à Gratijis alienos, ut iocari nec sciant ipsis, nec alios ferant. Alioqui nullum illius uitæ genus damnatur, nec ulla disciplina rejicitur, sed in singulis quid peccetur, non obiurgatione tetrica, sed per lusus illecebram aperitur. Id tu tamen obiter sic arripis, quasi sit in confessio, nec ullam desideraret probationem, quum nemo nesciat, me nec disciplinas, nec instituta, nec artes reprehendere, sed indicasse, quid in quaque re peccetur. Id enim erat huius argumenti caput, ut docerem nullum esse hominum genus à stulticia liberum. Itaque uitia mortalium per lusum traducuntur, non homines. Placuit hoc extendandi genus Platoni, qui in hunc usum probauit largiores in coniuiciis inuitatiunculas. Nec alio consilio factum uidetur, quod hodiéque Germani in solennibus epulis adhibent morionem quempiam dicatem, qui singulos coniuicis dicterijs perstringat. Interim multi audiunt sua flagitia domestica, nec licet offendit, uel quia dicuntur à morione, uel quia in coniuicio, uel quia nulli omnium parcitur. Quanquam Moria

nullius nomen perstringit, nisi meum. An ille docet nil serium, nil solidum, nil expetendum in uita esse, qui commonstrat quid in re quaque fugiendum? Imò magis hoc agit, ut quæ sunt expetenda cuiq; felicius expectantur. Quis unquam tantum tribuit Moriae lusibus, ut ex ea sibi persuaserit, nullam esse prorsus hominis felicitatem, & ad uirtutes uitaque functiones capessendas segnior sit redditus? Aut tu nimium tribuis huiusmodi nugis, aut parum magnifice sentis de mortalium ingenij. Quorsum igitur pertinent illa tua uitæ egregie, Multa sunt in hominum uita quæ rideamus fateor, sed nimis iniquus est humanarum rerum æstimator, qui omnia sine discrimine damnat. An Moria taxat aliquid quod sit probandum? Recte philosopharis, res humanas ex actu & potentia, hoc est ex perfecto & imperfecto sic temperatas, ut nihil esse possit tam absolutum, quin aliquid habeat admixtum uitij. Hoc quum ita sit, tanto magis pugnandum est cum uitis. Addis me nec sacris ritibus, nec religioni, ne Christo quidem ipsi pepercisse. Quis hunc mendaciorū aceruum ausus est ad te tantum uirum deferre? Illic supersticiosos ritus taxo non sacros, & religionis negocium adiuuo, dum indicō fugiendam esse personatam religionem: absit autem tam detestabilis impietas ab animo meo, ut in Christū, cuius nomen toto pectore ueneror.

ueneror, quicquā dicam cōtumeliose. Hoc animo sum,  
ut malim decies mortem oppetere, quam ullo uerbo  
perstringere nostræ salutis principem, ac nomen illud,  
nobis salutiferum, angelis adorandum, inferis tremen-  
dum. Quicunque uoluunt meas lucubrations, nisi  
prorsus odio cæci sunt, facile percipiunt, quam non im-  
pium affectum geram erga Christum. Addis, tu tibi  
diuina deridere permittas. Hoc quum sit falsissimum,  
tamen huiusmodi basibus, tua nititur oratio. Istud est  
opinor Tulliano more dicere. Ego te Alberte priticeps  
existimo uirum Christiana pietate præditum, quo li-  
berius apud te proloquar quod sentio: qui diuina de-  
rideant facilius inuenies in Italia apud tui ordinis ho-  
mines, atque adeo in illa laudatissima Roma, quam  
apud nos. Ego sanè cum talibus ne cibum quidem ca-  
pere sustineam. Etiam atque etiam te rogo, ne quid of-  
fendat animum tuum mea libertas. Vulgaribus scom-  
matibus non admodum moueor, ignosce, si tales face-  
tias ferre non possum. Quid autem appellas deride-  
re diuina? An derident diuina, qui taxant supersticio-  
sum diuorum cultum, qui notant eos, qui charitate ua-  
cui summam religionis collocant in cultu, in cibis, in  
non intellectis preculis? An tibi uideretur deridere phi-  
losophiam Aristotelicam, qui traduceret illorum stul-  
ticiam, qui non intellectum Aristotelem, perperam in-

terpretantur: Non dicturus es ni fallor, Quid, inquis,  
ad iugulandam proflus religionem Christianam dici  
potuit atrocius, quam ipsam esse uniuersam in stulti-  
cia fundatam: Forte simile quiddam est in Moria, sed  
multo aliter dictum. Nec id raro facis, ut mea dicta tu-  
is uerbis reddas atrociora. Rhetoricum quidē isthuc,  
at minime theologicum. Paulus scribit, Si quis uide-  
tur sapiens inter uos, stultus fiat ut sit sapiens: Idem ap-  
pellat stulticiam crucis, & stulticiam attribuit deo, & in-  
ter Christi discipulos negat esse multos sapientes: Er-  
go quotquot sapientes non sunt, stulti sunt. Quis est  
tam stultus, ut nō intelligat hic distingui mundi sapien-  
tiam à sapientia Euangelica? Qua distinctione serua-  
ta, nihil hac sententia dici potuit Christianus, quā tu  
tam atrociter insectaris. Item illud, Christum oblecta-  
tum esse perpetuò morionibus, uetulis & pueris, à  
se autem reieciisse graues & doctos, aut non est in Mo-  
ria, aut alijs uerbis dictum est, quorum inuidiam si mi-  
hi remittis, quæso te per tuam felicitatem, quid dici po-  
test religiosius aut sanctius? Nōne Christus apparuit  
pastoribus? Nōne Simeonis cōplexibus hæsit? Nōn-  
ne complexus est pueros, & ad horum exemplum inui-  
tauit apostolos? Nōne sibi ascivit idiotas apostolos?  
Contra nōne contempsit Herodem? nōne magna se-  
ueritate uociferatur in uitam & fastum scribarū ac pha-

rissorum

## AD ALBERTVM PIVM RESPONSI0 47

risæorum? Cū quo Pontifice, cum quo scriba aut phariseo habuit familiaritatem, nisi quum per Euangelium repuerascerent? Nec hodie quenquam recipit Christus qui mundo sit sapiens, potens aut doctus. Mundum sic usurpo, quemadmodum usurpauit Paulus. Quæ stulta sunt mundi elegit deus, ut confundat sapientes. Sensus est pius, id quum constet, iniquum est ex uerbis calumniam uenari. Sed Moria abutitur scripturæ sacræ testimonij. Quasi sacerdotes quidam ac monachi, omnes penè facetias suas non desumant ex sacris librīs. Veluti quum aiunt. Quid est charitas? Est pallium monachi. Qui sic? Quia operit multitudinem peccatorum. Et rogatus quidam, ecquid placeret uinum, ascendit, inquit, superius: tum alter, ascendit superius: ergo erit tibi gloria. Longe modestius autem detorquet scripturas Moria, nec tamen id facit nisi præfata ueniam, seçp citaturam οὐδὲ πρὸς ἐπός, atque in huius loci peroratione, rursus precatur ueniam. At iam dixi me nolle per omnia tueri Moriam, atq; hactenus patiar accusari Moriam, ut ineptiæ, incogitantiæ, aut levitati tribuatur, ab his quæ tu impingis strenue defensurus. Apud Italos nescio sint ne tam imbecilles in fidè, ut ob ludicrum libellum deficiant à Christo, apud nos & sceminae constantiores sunt, quam ut eiusmodi lusibus labefactentur: nec quisquam adhuc extitit in his

his regionibus, qui quod tu scribis, interpretaretur, eos iocos ab animi impietate profectos. Tot annos per omnium manus uolitabat Moria, uersa etiam in linguam Gallicam, aulæ principibus erat in delitijs, nec in hanc quisquam hominum fremebat præter paucos pseudomonachos, secus quam uolebant attactos, quanquam in his quoque religiosissimo cuiq; non displicuit Moria, cui tu tam uehemeter infensus es. Nam litteris Roma missis non raro sum admonitus, Albertum principem in nulla materia facundiorē esse, quam in accusanda Moria. Id si tibi accidit uehementi quodam religionis zelo, non possum non probare affe-ctum tuum, licet iudicium arbitrer nemini placitum, exceptis ihs quibus displicitur sit euangelium, si Erasmi nomine proponeretur. Talibus enim odium & animi inductio prorsus omne iudicium uitauit. Illud iterum atq; iterum demirari compellor, quod hæc tam multa, tam odiosa, atrociter ac penè seditiose sic in me congeris, quasi nihil horum libris pridem æditis diluerim. Quemadmodum & de confessione querimoniā mire exaggeras, quū nullū hic sit argumentum, quod non retuderim scripto uulgato. Atqui si disertus ac uehemens haberi uolebas, prius illa fuerant refel-lenda, quibus quorundam depuli calumniam. Nisi forte non putas quenquam fore qui ista tua legat, præter eos

eos qui mea uel non attingunt, uel eadem cēsura dam  
nant benedicta pariter ac maledicta. Cuius obsecro cā  
doris est, quū Leo copiosissime, quum Stuicæ alij sc̄p  
nonnullis non indiligerter responderim de confessio  
ne, perinde nobis recinere ueterem ex cōpotationibus  
& concionibus pseudomonachorum querimoniam,  
quasi uerbum nullum unquam super ea re fecerim. In  
illo uero magis etiam desidero candorem tuum, quod  
objicis nō quod à me scriptum est, sed quod à rabulis  
quibusdam iactari solet. Colligo ut aīs, cōmoda & in  
commoda cōfessionis, & lectori uelut integrum existi  
mationem permitto, retinendum ne putet confitendi  
usum, an abolēdum. Iam primum hoc quām falsō ad  
te delatum sit uide. Testor incommoda non ex re ipsa  
nasci, sed ex hominum uicio: uerba mea sic habēt, Ut  
quām plurimum fructus capiatur ex confessione, &  
quām minimum malorum admittatur, quæ quidem  
mala non tam ex re t̄q̄ ex hominum uicio nasci uide  
mus. Quemadmodū ferè nihil est in rebus humanis  
tam piū, tam ut ita dicam cœleste, quod hominū cor  
ruptissimi mores sibi non uertant in perniciē. Ac mox  
ostēdimus paucis quātas commoditates habeat hæc  
cōfessio, deinde quāta pestis ueræ pietatis, hinc per oc  
casione nascatur inter homines. Audis palam me cō  
moda tribuere cōfessioni, incommoda uicījs hominū,  
re bona utentium male. Atq̄ in ipso statim initio ope

h . . ris

ris ita loquor. Vtrum cōducibilius sit eām relinquī propter innumerās utilitātes quas ex ea uidemus p̄ficiſci, an tolli ob innumerā mala, quāe cōſentīū & audientīū culpa per huius occaſionē cōperimus existere. Occaſionē audis nō causam, & culpam hominū audis, non cri-  
men confessionis. Hæc toties in eadē p̄fatione dicta, rursus apoloḡij citata dissimulas, & dico tibi referre commoda & incommoda confessionis. Ista non uide-  
ris Alberte princeps, ab illis didicisse, qui ut scribis exā-  
muſſim scripta mea examinant, dicta dictis, ſenſa ſen-  
ſis & syllabas syllabis conserentes. Vanum iuxta atque  
calūniosum eſt & illud, quod scribis lectori per me fieri  
liberū, utrum malit confessionē retineri an aboleri. Ob-  
ſecro te qbus uerbis hūc ſenſum meū indico? Loquor  
illuc de Romani Pontificis autoritate, de cęz Christiani  
populi consensu, hoc eſt de autoritate totius Ecclesiæ.  
Si confeffio indicta eſt per Ecclesiām, an non potest  
eiusdem autoritate tolli? An tibi uniuersa Ecclesia eſt  
quilibet lector? Nec tamen illuc affirmo, ab hominibus  
inſtitutam, ſed facta confeſſione, ratiocinor, ita p̄fa-  
tus, Tum ſi quis largiatur ab hominibus inſtitutam.  
An non hic ſatis dilucide loquitur Batauus, etiamſi  
parum eleganter? Nec ego hic diſputo, ab homini-  
bus ſit inſtituta confeffio qua nunc utimur, an à Chri-  
ſto tradita, retinenda an tollenda, ſed indico quæſtio-  
nes huiusmodi inter alios uētilari. Dices, quid referebat  
istiū

istius rei meminisse? Quasi cuiq; esset obscurum, quod loquor? Et tamen mea referebat hoc admonere, ne lector expectaret aliqd præter id quod suscepisse. Neq; me fugiebat hoc expectaturos plerosq;. Quod nisi magno uolumine tractari nō poterat, & à multis erat accurate tractatum, uix enim ulla questio inter scholasticos iactatior, prætermis: quod utriq; parti, hoc est, & dubitantium & certa persuasione firmorum conducturum erat, tractavi. Debebas inquis uel obiter indicare tuam sententiam. Quod habebam persuasum, ingenue profiteor, uoco rem saluberrimam & in primis piam. Et aduersus Leum disputans profiteor rem optimam, à spiritu Christi profectam, ac totius orbis tam diutino consensu comprobatam, ea reuertentia seruandam, quasi esset ab ipso Christo tradita, & loquor non de quacunque confessione, sed de hac quæ nunc in usu est Christianorum, cum omnibus suis circumstantijs. Quam si queam docere à Christo traditam, oppido quām lubens facerem. Habebis me plausorem si potes id ad plenum proferre, quod & olim à Theologis, & nuper tractatum est ab apprime doctis, quorum est Iacobus Latomus. Horum tamen nemini successit ut uellem. Imò Latomus nobis propemodum liberum relinquit, malimus ne credere à Christo traditam, an è scripturis irrefutabilibus

b 2 desum.

desumptam, an generali Ecclesiæ decreto institutam, & tu à me postulas ut pronunciem à Christo traditam. Finge pronuntiasse, quis credat, nisi doceam? Et tutius existimo silere, q̄b friuolis argutationibus hoc aggredi. Qui silet uideri potest ualuisse si uoluisset. Qui conatur afferere, nec efficit quod conatur, magis dissuadet qd' persuadere nitit, q̄b is q̄ palam repugnat. Et uides quo seculo, in qua regione, libellus ille mihi sit æditus. Ac p̄ illo qualis qualis est uiri orthodoxi gratias egerūt. Nō erat inquis in dubio relinquendū quod ab hæreticis p̄tinacissime impugnatur, quasi semper impiū sit, quod tuentur hæretici. At quo magis impugnabatur, tanto iustior erat causa detractādi muneris. Ocio sum, forte, doctum, insignem Theologum ea res postulabat. Ego confessionis causam reddidissem deteriorem. Postremo qua fronte iubes me alijs persuadere, quod mihi nondū satis persuasum est, & expecto qui persuadeat.

An assentiri uideat hæreticis qui doceri cupit hanc confessionem fuisse traditam ab ipso domino, quum alioqui fateatur religiose seruandam? Quæ synodus hoc pronūtiauit: Inlytus Angliæ Rex qui felicius tractauit istud argumentum q̄b tu tractare uideris, nihil aliud pronuntiat q̄ esse probabile fuisse à Christo traditam. Quod si Lutheranos hæreticorum nomine designas, scis quām illis non assentiar. Nam horū pleriq̄b faciunt cuiuis simpliciter liberum, utrum confiteri uelit

an non

an non,& quis cui confiteri uolit. Complures detestan-  
tur etiam ut rē impiam. Quòd si hæretici sunt, qui non  
nihil dubitant quomodo sit inducta confessio, res erit  
tibi cum Angliæ rege,cuius eruditam pietatem tu me-  
rito prædicas: cum Latomo , ne quid alios commemo-  
rem. Nec satis intelligo quid hæc tua uerba sibi uelint,  
Quinimò excepta ut à Christo instituta.Si,ut,sonat si  
militudinem,idem loqueris quod ego . Sic enim habet  
initium libelli mei. An à maioribus inducta , paulatim  
robur collegerit,ut tanta sit huius autoritas,quasi fuerit  
instituta à Christo.Sin,ut,sonat causam, alijs argumē  
tis hoc tibi confirmandum erat . Addis,quamuis dicas  
negari non posse,quin tutior sit qui bene confessus fue-  
rit. Nec hoc simpliciter dico, sed ex concessione.Sic ha-  
bent mea uerba:quātumuis enim multis ac magnis ar-  
gumentis pars altera contendat,hanc confessionem nō  
fuisse institutam ab ipso domino Iesu,nec potuisse tan-  
tum onus à puro homine imponi hominibus,illud cer-  
te negari non potest.&c. Itaq; libellum illum legi cupi-  
ebam à duobus hominum generibus, quorū alteri fir-  
mam habent persuasionem de cōfessione non tollēda,  
alteri dubitant num possit aut expediat per Ecclesiæ  
proceres aliquid innouari circa confessionem, quam tu  
sacramentum uocas, quum iuxta multorum opinionē,  
potius res sit sacrametalis, ut interim saltem melius utā-  
tur confessione, nec præcipitent sentētiā,donec de hoc

h 3      pronuntia-

pronuntiarit Ecclesia. Tertium hominum genus ab eius  
libri lectione submoui, uidelicet eorum, qui confessio-  
nem aut superuacaneam esse contendunt, aut impiam.  
Istos peruvicaces ad alios doctores relego, mihi tū nec  
ocium suppotebat nec copiæ sufficientes ad confligen-  
dum cum illis. Omitto iam hic rationes ac testimonia  
tua, quibus me docere conaris, omnino credēdum hāc  
cōfessionem à domino traditam, de quibus interim ni-  
hil aliud pronuntiabo, q̄d dolere me non esse firmiora,  
præsertim ob eos, qui pertinaciter totam datniant con-  
fessionem. Addis uero præclararam sententiam, dānans  
quod commoda contulerim cum incommodis. Nam  
& si omnino inquis, nobis incomoda uiderentur, ta-  
men quia ita sunt statuta, pura mente seruanda & con-  
stanti animo retinēda essent. Obsecro te ut me uicissim  
patienter audias. In quem usum ostendo incommo-  
da, non ex re, ut dixi, sed ex hominum uitijs orientia,  
nonne ut uitentur, & interim firmiora sint, quæ sunt  
instituta? Si ferenda sunt hæc incomoda, quur quo-  
tidie clamatur in eos qui male seruant matrimonium,  
qui indigne accedunt ad mensam domini, qui male ge-  
rūt magistratū? Neq; enim ego tollo cōfessionis usum,  
sed admoneo quid in huius usu uitandum sit. Hoc ni-  
mitū est stabilire cōfessionem, non labefactare. Hæc ui-  
des opinor tibi non minus extra causam dicta, quam  
eleganter.

His ita

His ita peroratis, subtexis clausulam. Quoniam inv  
qs nimium profecto iudicio nostro arrogamus, quū de  
omni re æque audemus iudicare, qd utile, quid inutile;  
quid honestū, quid secus; quid rectū, quid deprauatū;  
quid diuinū, quid humanum: & hoc tā in rebus definitis,  
qz in his quæ adhuc sub iudice versantur: quū taxa  
mus mores, leges, cōsuetudines, ritus, ceremonias iā diu  
receptas: quæ quū tu sēpissime facias, ut monumenta  
tua testantur, non ab re multi te accusant arrogantia,  
& rerū nouarum studiosum fuisse dicunt. Quū ais mul  
ti dicūt, ingenue fateris te ista ex alieno sensu loqui, nō  
tuo. Alioqui quid probæ mētis habent ista uerba? Si  
de Lutheranis, aut nescio quibus Italij sentis, ad me nī  
hil pertinēt. Sin de me loqueris: num tibi uideor æque  
de omni re iudicare, qui hoc ipso libello suspēdi meam  
sententiā, & alijs iudicij defero, imò qui nulq non defe  
ro Ecclesiæ iudicio. In rebus inquis definitis, quasi hoc  
iā docueris esse definitū. Profer ubi quicqz improbaue  
ro p deprauato quod esset rectū, ubi p humano reie  
cero qd erat diuinū, ubi taxauero mores pios, leges, &c.  
quod ais sēpissime me facere, quū nullū proferas locū.  
Opinor tibi p oraculo esse Stunicæ Catalogū. Atq, q/  
bus fama dūtaxat notus es, multo solidiore, æquiore,  
ac neruoliorē disputationē expectabāt. Nihil enim ad  
huc adfers, nisi q ab indoctis pseudomonachis & leui  
bus Theologis solēt in cōpotationib. iactari, quos non  
pudet

pudet interdū edere mendacia maiora montibus, eoq; solum hoc agunt, ut lucubrations meas aboleant, ne deprehendatur ipsorum insignis uanitas. A te uero qd. expectari poterat, nisi uerum, excussum & æquum? Post hæc ingrederis aliud argumētum, quo de quum plus satis respōderim præter alios Petro Sutori, tamē quasi uacuam & intactam omnino materiam tractas. Causaberis eum librum ad te nō esse perlatum. Atqui Lutetia, ubi multa scripturarum testimonia opusculo tuo adieciſti, non dubito quin uideris. Quid igitur faciam? Repetam ibi dicta? Quid molestius? Obticeſcā? Applaudent uictori, qui mea non legerunt. Seruabo medium. Notabo paucis quædam. Aīs à multis damnari, quod sacras litteras paraphrasi dilucidius & elegātius explanauerim, quæ uix admittant commentarios, tantum abest ut paraphrasim. Hic opinor tua prudētia nouit scripturam sacram potissimum esse in mystico sensu potius quām in uerbis, quæ probabile est ab Esdra partim immutata: proximo loco sitū esse in his linguis quibus tradita sunt à primis autoribus. In his à me nihil est mutatū. Tertio loco sunt trāſlationes in aliā lingua. Eas fuisse diuersas, tū apud Syros, tū apud Græcos & Latinos, constat ex ueterum Theologorum monumentis, eamq; uarietatem D. Augustinus adeo non damnat, ut existimet plurimum conducere ad scripturarum intelligentiam. Itaq; quum nouū testamen-

tum.

tum sit uersum eo sermone latino, qui tū temporis erat  
promiscuo uulgo cōmunis, nūc cōtrā līngua latīna nō  
est nīsi apud litteratos, quid erat piaculi, si rebus in dī  
uersum mutatis, latinius uertissem nouū testamētum?  
Certe ausus est hoc Hieronymus in uetere testamēto,  
& laudem promeruit. Nunc à me non est mutata uul  
gata translatio, sed id uersum est, quod habetur in grā  
corum uoluminib⁹, pr̄fertim ijs quibus usi sunt ue  
teres, Chrysostomus, Basilius, Gregorius Naziāzenus  
& horum similes. Dices, expedit ut Ecclesia uniuersa cō  
sentiat in lectione, Eum consensum uides à me non tur  
bari. Habet Ecclesia suam uersionem, tantum hoc ago,  
ut quā habet habeat emendatiōē & rectius intelligat.  
Est autem duplex interpretādi genus, alterū quo trās  
funditur liber à lingua in lingua: alterum quod adhi  
bitum explanat scripturā sensum. Si commentarios &  
omnes explanationes sumbouēdas censes, patiar & pa  
raphrases meas submoueri: Sī recipis, paraphrasis ni  
hil aliud est q̄̄ commentarij genus, commodius lecto  
ri uel occupato uel fastidioso, Et si dānabis Basilium,  
Nazianenum, Cyprianum, Hilarium, & Hieronymū  
quōd elegantius edisserunt scripturas q̄̄ traditāe sunt,  
patiar me damnari, quōd aliquāto politius explanauit  
sensus quām apostoli tradiderunt, aut q̄̄ uerit lati  
nus ille nescio qs aut quæ. Hæc si agnoscis esse uerissi  
ma, nullū habent locū illa quæ tu Ciceroniano quodā  
ad fluxu

D. ERASMI ROTERODAMI

fluxu declamas, spiritui sancto non esse opus nostra  
politura, quot in scripturis uerba sunt, tot esse myste-  
ria, nec apicem ullum contingendum, quasi ego sim no-  
uus interpres scripturarum. Atque hic etiam adiecisti,  
si superis placet, priori libello, Mosi testimonium ex  
libro Deuteronomij, non addetis ad uerbum, quod  
uobis loquor. Atqui id ausus est non paucis locis inter-  
pres, uelut in Tabita Cum, addit, tibi dico: canon mis-  
se, in uerbis consecrationis addidit, enim, quod in euau-  
gelicis libris non habetur. Itaq; quod Moses præcepit  
de non addendo, non tā pertinet ad litteras syllabas &  
apices, c̄q; ad uim sententiae. Nōnne passim audis ecclē-  
siastas sententiam ex litteris sacris recitatam, sinuoso  
uerborum ambitu explanare populo? Dices licere, sed  
intactis fontibus. Quid: sublati sunt à me scripturarū  
fontes? Nam hoc toties frustra cogor audire, Sed age  
da nobis fontes incorruptos, desinemus ullum uerbū  
mutare. Quod si constat codices esse corruptos aliquot  
sanè locis, nū tu uetabis nos dare operam ut restituam-  
tur, citra iniuriam uulgatae æditionis? Atqui hoc studi-  
um nostrum comprobauit Leo decimus, cōprobauit  
& Adrianus, nec ullis cordatis Theologis displicuit, ac  
priuatim multi uere docti boniç̄ viri litteris pro huius  
modi laboribus gratias egerūt, quum c̄ illud opus Lo-  
uanij ferè ædiderim, multiç̄ de cæteris qui busdam lu-  
cubrationibus meis nonnihil quererent, de paraphrasi  
bus

bus nemo me uerbo admonuit. Vbi porrò tu nactus es istos loquaces, qui aiunt, qui dicūt, qui suspicant̄ me hoc agere, ut meæ paraphrases loco diuinæ scripturæ legantur in templis? Hoc quum sit egregie ridiculum, non refellam, etiam si in templis recitantur multa, minus accommoda cultui diuino quam meæ paraphrases. Negas à religione nata quenquam hoc ausum in sacris litteris. Si per se nefas est explanare scripturam sacram, damnandi mecum sunt illi, qui primi sunt ausi commentarios in illam ædere, qui post ausi sunt illam philosophicis argumentationibus tractare, & hic tibi damnandi sunt cum Alexandro Halense, Thoma Scoto, totus scholasticorum populus, alijs quod fuerint inuentores, alijs quod imitatores. Sunt enim uaria commentandi genera. Quod ausus est Erasmus, ante hunc Iuuencus ausus est carmine, nec frustratus est sua laude. Nam carmen illius uere paraphasis est. Idem ausus est hoc recentior Arator in actis Apostolicis, non ita pridem Aegidius Delphus è Sorbona Theologus, in psalmos & alios non paucos diuinæ scripture libros. Ante paucos mēses Louanij Frāciscus Titelmānus Minorita, iuuenis etiamnum, idem fecit in epistolā Pauli quod ego, nisi quod pro paraphasi uocat elucidationem, quum paraphraseos uocabulū sit aliquanto modestius, idq; facit applaudēti bus Theologis, totoq; Frāciscanorū ordine. Qui utinā

adeo feliciter uersatus sit in hoc genere , ut meis reiectis  
paraphrasibus, manibus terat illius elucidationes, mo-  
do quantum decesserit meo nomini, tam accedat ue-  
ræ pietati. Hic tecum statuas oportet, utrum me cū his  
omnibus, qui quod à me factum est ausi sunt uel face-  
re , uel approbare, uelis absoluere an damnare. Sed of-  
fendit te persona , quam aliter in paraphrasi loquētem  
facio, q̄ loquitur in opere suo. Ridiculum, quasi veteres  
scripturarum enarratores , quoties loci summā suis uer-  
bis explicant, nō idem faciant quod ego, nisi quod pa-  
raphrastes id faciat perpetuo tenore, quod illi faciūt in  
terrupte: quasi non idem faciat apud Italos, Ḡllos, Bri-  
tannos & Germanos concionatores, ut sententiam pau-  
cis uerbis in scriptura comprehensam, pluribus & alijs  
uerbis explicet populo. Quid autem sentis? quum aīs,  
pro libidine sua. An pro libidine sua tractat scripturā,  
qui in ea explicāda sequitur probatissimos quoſq; ma-  
tris Ecclesiæ doctores, quod à me sedulo factū est? Nec  
his contentus progrediens dicis . Quin imò personam  
Christi concionantis, quem interdum præter omne de-  
corum inducīs tanquam Hortensium aut Ciceronem  
compositis uerbis, elaborata oratione causam agentē,  
& quod detestabilius est, plurima dicenteim, quæ in sa-  
cris litteris non habentur, humanæ sapientiæ uerbis ac-  
cōmodatis. Hæc tua sunt uerba. Ut uerbo respōdeam,  
Nullæ sunt phaleræ dictionis in meis paraphrasibus,  
quas

quas tu præter animi tui sententiā, illis nī fallor, tribuis,  
ut commodius perores causam tuā: nec usquam tribuo  
Christo compositam & elaboratam orationem, quum  
nullū opus magis ex tempore perfecerim: nec hic erat  
locus in quo Ciceronis aut Hortensi debueris memi-  
nisse. Si sensus congruit Christo, de uerbis iniusta que-  
rela est, nisi damnas omnes quos recensui. Christus nū  
quam loquutus est carmine, & tamē sic loquitur apud  
Iuuencum. Sin minus, eadem uenia mihi debet esse pa-  
rata, quæ datur scripturarum enarratoribus omnibus.  
Iam si nihil adderem ei, quod in sacris litteris habetur  
expressum, nō essem paraphrastes, nec explanator. Mi-  
hi satis est quòd quæ adiçcio non discrepent à scriptura  
rum sensibus. Et tamen hoc erat tuæ libertatis, indicare  
loca quæ damnas. Proinde sententiā Solomonis, quæ  
uetat quicquam addi sermoni diuino, aut illis cane, qui  
docent cū scripturis pugnantia, aut his qui nō uerentur  
ex humanis disciplinis, præsertim ex sophisticis ex Ari-  
stotelis & Auerrois monumētis plurima congerere ad  
diuinorum uoluminum explanationem. Sed alicubi  
profiteor me cœlestis oratoris mutare linguam. Hoc ut  
ut alij calumniantur, tu certe nō minus uersatus in ora-  
toribus, quām in philosophis, agnoscere debebas sche-  
ma rhetoricum, quo festiuus quidem, sed nihil aliud  
declarauit, quām me sensa Pauli sic explanare, ut & faci-  
lius & minore cum tædio percipiantur.

Intelligit opinor tua prudentia, quæ subtexis de spū  
Sancto qui scripturā de uerbo ad uerbū dictarit, cuius  
autoritatī absit ut quisq; Christianus uelit repugnare,  
nihil ad nos attinere. Attamē ista tibi nitide & elegāter  
declamata sunt, sed extra causā. Copiose quidē & illud  
tractas, multū esse discriminis inter cōmentatorē & pa-  
raphrastē: q; cōmentator relingt integrū sermonē, pa-  
raphrastes immutat. Cōsule codices ecclesiasticos, & ui-  
de an ull⁹ p me sit immutatus. Porro nisi alijs uerbis ute-  
rer, q; sacri libri, nō essem nec paraphrastes nec enarrator.  
Iā age respōde nobis, qd interest, utrū faciā Paulū  
meo more loquentē, an enarrator dicat, hoc sentit Paulus,  
& subiūciat expositionē, quanq; ut diximus hoc nō  
raro faciūt, & sub persona apostoli, aut Christi, quoties  
summatim explicant argumentū loci. Cæterū quod  
addis, eū qui sequutus enarratoris autoritatem in erro-  
rem prolapsus fuerit, facile posse in uiam reuocari, scri-  
pturarū subsidio, q; mea paraphrasi deceptus fuerit, nul-  
la ratione posse restitui, obsecro te per genium tuū vir-  
illustris ioco ne hæc scribis an serio? An parū lādūt re-  
ligionem Christianā hæretici, qui scripturas non para-  
phrasi, sed cōmentarijs perperam enarrāt? *τωιόη σεπτο*  
*φύγει εγνθ' δδόντωρ.* Et in his lapsus unde restituit? per  
syncerā scripturā. Accipio. Et si quis traxerit erro rē ex  
mea paraphrasi, nulla ratione potest restitui. Qui sic?  
Quia nusq; extat syncera scriptura? Imò nihilo minus

exta

extat in tāta turba cōmentatorū. Vnde coarguit error  
eorū qui in Aristotelē scripsere paraphrases. Nōne ex  
ipso Aristotele? Quoniā nihilominus extat, q̄ si quis p̄  
paraphrasē scripsisset commentariū. Quid igitur uerat,  
quo minus hic restituat p̄ scripturā extantē q̄ lapsus  
sit? Imò ob id in marginib. annotauit capita, quo lector  
cōferre possit cōmodius. Vix & illud arbitror te  
serio scribere, discrimē esse ne q̄ mihi ceu iurati, sequant̄  
autoritatē meā. Vbi nūc habitat ista autoritas? Apud  
Germanos eruditos nōnihil habebam gratiæ, priusq;  
hæc Euangelica tempestas extitit. Mox gratia cessit in  
odiū. Nec usq; animaduerti iuratos quos memoras.  
Etiā atq; etiā, iterū atq; iterū in procemījs clamo, para  
phrasim nihil aliud esse q̄ cōmentarij genus, nec uolo  
paraphraſtæ plus tribui q̄ cuiuis enarratori, si quid la  
plus deprehēdant, mihi imputet, nō personæ loquētis,  
His præfationibus excludit omne periculū, si quid im  
mineat. Rursus philosopharis de syllabis & apicibus  
scripturæ diuinæ, q̄ nihil ad me pertinēt. Nā si uera præ  
dicas, nec uetus testamentū uertēdum erat in linguam  
græcā, nec nouū in Latinā. Quot enim apices hic, quot  
mysteria pereunt? Quanq; hæc ut dixi nihil ad me, qui  
scripturā prorsus intactā relinquo. Quod est igit̄ illud  
detestabile dictiōis genus, quo uniuersa immutant̄ &  
puertunt̄? An ideo tibi uisum est initio precari ueniā li  
bertatis, ut hæc dices, quæ puelim honoris tui gratia  
abesse ab hac disputatione tā nitida tāq; Ciceroniana.

Quod in clausula addis, eos indignos scripturarum letiōe, quos sola dictionis suauitas allicit ad eos, forte uerum est, sed tamen pium est nauseantes ac fastidios illecebra quapiā ad scripturæ amore allicere, quod sanè probat & D. Augustinus. Sed de his iā pluribus agere tecum non est ratio, præsertim quum ad istas cūillationes toties responderim. Restat ut inspiciamus epilogum tuum. Quoniam in scholijs duobus uerbis annotauī de potestate pontificis, & nō exerta, & quod olim papa dictus sit summus sacerdos, non summus pontifex, quod tamē uix credo à me scriptū: quoniam dubitaui, num olim fuisset nomen Cardinalium: quoniam in Moria taxo per iocum mores hominum corruptos: quoniam in libello de confessione non pronuntio eam à Christo traditam, quum aliud tum agerem, & alias pie de illa prædicē: deniq; quoniam ausus sum in nouum testamentum, sed tamen commodius commentarij genus scribere, ob has & similes causas satis liquet me à Lutheranis institutis non longissime abhor rere. Quis non miretur istā neruosa collectionē? Sed nihil offendor Alberte clarissime, quoniam mihi persua deo te nihil horū ex animo tuo scribere, sed quæsisse cā pum in quo declarares quantum possis eloquētia Tulliana. Quod utinam tentasses in argumento feliciore. Quanquam Tullius in initio actionis est moderatior, in argumentando neruosus, in perorando uehemens.

Tu

Tu atrociter proponis, parum solide argumentaris, frigide peroras. Promiseras enim te demōstraturum, me fuisse occasionē, causam, autorem ac ducem totius Lutheranæ tempestatis: mea scripta autoritatem adimere sacramentis: matrimonium præferte continentia: detrahere sanctionibus patrum, pontificis dignitati, monachorum deridere professionem, deridere diuina, accusare preces horatias. Quid horum uel mediocribus argumentis docuisti? post tam atrocem propositionē, post tam elumbem probationem, quām frigida clausula succedit. Sed hactenus, inquis, de priore causa, quæ multis suspicionem iniecit te ab institutis Lutheranis non longissime abhorrete. Suspicio est nō sentētia, nō omnium sed multorum, me nō longissime abhorrente. Quām nō respondet hic finis exordio causæ. Quid autem appellas institutum? Reuocationem Christianæ pietatis ad pristinam synceritatē? Hoc iam olim optat probatissimi quiq; non ego tantum, quanq; nihil nō uarum rerum molitus sum, nisi quod obiter de quibusdam admonui. Sic autem optauit, ut nolle per tumultum quæri remedia. Quod fieri necessum erat, si res nō principum autoritate, sed populari temeritate gereretur. Sin institutum uocas Lutheri dogmata, ut summa uirtus proxima est uitio, ueluti summa liberalitas profusioni, summa seueritas crudelitati, ita summa ueritas falsitati.

Transis ad accusationem silentij mei, quā

k partē

partem ut soles ita tractas, quasi nullam omniō siletiū  
tij mei reddiderim rationem, quum id toties à me fa-  
ctum sit. Quanquam falsum est me initio siluisse. Scrī-  
pto statim ædito testatus sum mihi nihil esse negotiū  
cum Lutherō: Quotquot adibant me uelut explorato-  
res sic tractauit, ut intelligerent mihi Lutheri conatum  
non probari. Si quos habebam amicos apud quos nō  
nihil uel gratia ualebam uel autoritate, hos ab huius  
negociū cōmercio deterui. Ipsum Lutherū admonui, ut  
syncero animo rem ageret. Apud ipsum Saxonīæ du-  
cē Federicū ingenuē fassus sum mihi Lutheri conatus  
nō probari. Et hæc statim initio. Dic mihi p Aristotelis  
manes Alberte nūm hoc est silere? Quin tu cantionē  
istā canis Sorbonæ, quæ tam sero prodidit articulos in  
Lutherū? Quin tibi ipsi canis, qui quū tanto religionis  
zele ardeas, tanta polleas tū autoritate, tū gratia, tāta  
dicēdi facultate, & quod omnū potissimū est, tot anno-  
rum sudoribus parata Aristotelicæ philosophiæ cogni-  
tione sis armatus, nunc demū post annos nouē pro filis  
in harenam, quum tibi tutum esset Romæ, uelut ex ar-  
ce religionis omne telorū genus in Lutherū deiacula-  
ri. Et quod tu uir tātus nō audebas Romæ, me uolebas  
in Germania facere? Hic rursus meā eruditioñē, eloquē-  
tiā, autoritatē uerbis exaggeras, nec unq̄ his ornor  
præconijs, nisi quū faciunt ad crimen. Sed faceſſant hæ-  
strophæ, longe aliud de me pronunciauit litteraria ſo-  
dalitas

dalitas, cui Romæ coryphaeus eras, multo aliud apud  
 nos depraedicauit ille διάλογος Θεός, magna pars  
 animæ tuæ, & ut ego sentio, magna pars huius calamitatis.  
 Quid si statim in harenā p̄silissem? Meo antido-  
 to pestilentē colubrū, sic em̄ opinor designas Lutherū,  
 uertissem in fugam, & antrum subire subegissem. Qui  
 non cessit trium Academiarum censuris, non cessit atro-  
 ci pontificis diplomati, non cessit ædicto Cæsaris, tan-  
 ti nimirum principis, ut minima portio ditionis illius  
 sit imperium: qui non cessit incendijs hominū, ac mun-  
 do extrema minitanti, statim meo scripto territus abdi-  
 disset se in antrū? Ad id sanè persuadendū uere opus  
 sit Tulliana facundia. Quāc̄ quod alijs persuadere co-  
 naris, sat scio tibi nondū esse p̄suasum. Vbi uero scripsi  
 Lutheranæ tragœdiæ plogū mihi fuisse nō iniucūdū?  
 Scripsi nō omnino displicuisse, sed ita nō displicuisse ut  
 tñ reclamaré, imò scripsi mihi nūc̄ placuisse. Qui nāc̄  
 fieri potuit ut reclamaré, si placeret? Sed spectatorē me  
 præbui, Verū cū tot hominū milibus, qui taciti specta-  
 bāt, quū ego ptinus reclamarim. Hominē è pscenio de-  
 pellere, nō erat meum, sed eorum qui spectabant ex or-  
 chestra. Inter hos tu mi Alberte sedebas, cui tanto ma-  
 ior aderat cohibendi mali facultas, cui tutum erat face-  
 re, quod alioqui cum uitæ periculo faciendū scribis, &  
 profecto pie scribis. Atq̄ ideo libellū tot annis elabo-  
 ratum, nunc demū promulgas, quum penè sit serū, nec

id tamen ausus es nisi Lutetiæ, ubi tutior es quam eras  
Romæ. Ac uide fortitudinē tuam, qui mihi timiditatē  
obīcīs, nullū impetis in tuo libro, præter Erasmū one/  
ratum inuidia, Lutherum confossum, ut aīs, & Hütte/  
num uita defunctum, quum altera factio penè Luthe/  
rū obruerit. Quo grauior erat pestis, hoc celerius,  
inquis, erat occurrentum. Recte, sed initio plerisq; uide  
batur esse pestilentiarum antidotum, à multis dubita/  
batur quorsum esset euasurum. Hic si meam excusatio  
nem non accipis, tecum accusas doctos omnes & Aca/  
demias tec̄z ipsum in primis. Vere scribis Arianā  
factionem fuisse multo periculosisſimam, sed hoc tan/  
tum incendium ex improbitate clericorum ortum est,  
qui hominem eruditum per inuidiam è suo contuber/  
nio depulerint: quemadmodum hæc Lutherana tem/  
pestas quorūdam seditionis clamoribus huc usq; incru/  
dit, ac magis etiam incrudescet, nisi melioribus rationi/  
bus succurratur, quam adserunt Sutores ac Bedæ. Sed  
aduersus hanc ausi sunt scribere Græci Latinic̄z, in qui/  
bus Hilarius. Verum nullus illorum tam celeriter scri/  
psit in Arium, quam tu uolebas me scribere in Luthe/  
rum, & Hilarius aliquanto serius strinxit calamus in  
Arium, quam ego iam toties strinxi in Lutherū. Qua/  
quidem in re tuam æquitatē cogor desiderare, magna  
uehementia rhetoricas de silentio meo, quum Diatri/  
bam ante complures annos emiserim, quum aduersus

Luther

Lutheri seruum arbitrium, duobus iustis uoluminibus pugnarim, quū tot locis sparsim in lucubratioībus meis diuersa ab illo doceā: & tamen Diatribam tibi fuisse lectam in hac ipsa disputatione testaris. Dices, quum hæc orditer scribere, nondum uideram. Esto, sed erat hoc tuæ uigilantiae, detrahere actioni, quod erat super uacuum. Etenim si nō piguit te Lutetia tam multa ad hinc, præsertim testimonia scripturarum, nec grauari debueras ea tollere, quæ ut me apud maleuolos grauant inuidia, ita te apud eruditos & cordatos uocant in suspicionem uanitatis.

Nondum uideras hyperspistas, sed utiqz uideras, quum hæc æderes, imò priusqz tuum libellum ad me mitteres, & tamen in calce libri sic hortaris me ad hoc muneris, quasi nihil omnino præstiterim.

Culicem me dixi, non ex mea persona, sed ex aliorum sententia, qui quum aliás nihil mihi tribuere soleant, nec ingenij, nec eruditionis, nec iudicij, quoties onerandus sum inuidia, mirum quantus subito siam elephantus. Tu me potius nunc elephantū facis, nunc culicem.

Vbi uero mihi censuram arrogo uniuersi orbis? An quod Moria tangit mores hominum, sed tam ciuiliter, ut quisqz sua uitia citra dolorem legere queat? Ista tibi quidem grauiter dicuntur & ex arte, sed absque causa nec ex uero. Excusas Academias, quod post officio suo functæ sint, & mihi dicis, tu autem ad hanc bestiam oppugnandam nullas ad-

huc admouisti machinas. Id quum sit falsissimum, tamen toto hoc capite mira prosequeris uehemētia, perinde quasi sit in confessio. Ita uidelicet consueuit Cicero. Quanquam tuus ille diplomatophorus, quum miscrem cum illo colloquium, dicenti quosdam indignari, quod nihil in Lutherum scriberem, respondit, quid necesse est te in Lutherum scribere? Et hoc tamen est totius accusationis tuæ caput. Porro quanquam id temporis sperabam lætiorem exitum, non enim sum uates, tamen si quis probus bonis uerbis hoc tecum egisset, non detrectasset officium meū. Huius orationis hæc est summa, Si non probaris Erasmus esse uitum, qui doctrina, facundia, ingenio, iudicio, autoritate plus ualeat q̄z tot theologorum, eruditorum & episcoporum milia, nisi docueris Lutherum minimo negocio posse conteri, nihil hæret in me criminis, quod non sit cum ceteris commune, & tamen uni mihi intenditur.

Vt autem ipse quoq; meum finiam epilogū. Accusor quod non scripserim in Lutherum. Scripsi cum primis. At non ædidisti articulos. Non enim eram Academia. Et si hic laudatur celeritas, omnium postrema fuit Academia Parisiensis, autoritate prima. Tum si silentium uocatur in crimē, uides quot Academias una damnas sententia. Tres enim duntaxat in illum scripserunt articulos, reliquæ omnes hærent in criminē. Non agressus es hominē uolumine. Reclamat Diatriba iam pridem ædita,

ædita, nec id semel. At non satis atrociter. Id negat Lutherus, qui nulli respondit acerbius quām mihi. Verū hic obticuisti. Imò respondi duobus uoluminibus, in quibus nec audaciam, nec seueritatem desideres. Verum ante te scripsit Prieras. Fateor, sed ita ut causam indulgentiarum fecerit deteriorem. Scripsit Card. Caietanus. Subtilius quidē ille, sed quod ad causæ successum attinet, nihilo felicius. Ante censuras Academiarū, ante pontificis fulmen, ante Cæsarīs ædictū, me priuatū in illum stringere calamū fuisset extremæ temeritatis, post hæc scribere superuacaneum erat. Nec enim probabile erat illū uni mihi cesserū, qui tot autoritatibus nō solū non cessit, uerum etiam ad audiēda maiora animatus est. Hic si dicas, me plus fuisse ualitatum, quām Academiarū censuras, q̄z diploma pontificis, q̄z theologorū libros, q̄z ædictum Cæsarīs, ignosce rusticitati meæ, nec istud credet quisq; nec arbitror teipsum quod affirmas credere. Postremò docet exitus ipse, quātū fuerim profecturus. Lege Lutheri seruū arbitriū, ac meos Hyperaspistas, & intelliges uerum esse quod dico. Tantū ad insimulationem tuam in transcurso. Nunc multæ sunt causæ, quas litteris committere, nec mihi tumultum est, nec expedīt causæ, cui pariter fauemus. Hæc est enim horum temporum infelicitas, ut periculosis sit hominum commodis aduersari quām gloriæ Iesu Christi. Nec dubito quin hic tua prudentia diuinet

dignet quid silendo loquar. Si quē cuneum uidisset,  
semotis priuatis affectibus, sincera pietate procuran-  
tium Christi negocium, eō mihi crede per flumina, per  
lamas, per saxa, per ignes accurrissem & hodie accurre-  
rem, uel moriturus apud illos. Qui spiritualibus oculis  
contemplantur decorum domus dei, mox eosdem de-  
flectunt ad ea quibus nūc æstimator ecclesiæ dignitas,  
non possunt non suspirare ex intimis præcordijs. Sed  
desino. Posteaquam uideris tibi satis declarasse, uolū-  
tatem scribendi in Lutherum mihi defuisse, docere ni-  
teris ex arte rhetorum, mihi facultatem nō defuisse, per  
tractans totius doctrinæ Lutheranæ summā. Quod si  
facis ut me accuses quod nō scripserim, iam scripsi. Sin  
ut instruas ad scribendum, iam serum est, non ob id  
tātum quia iam factum est ad quod arma ministras,  
uerum etiam quia res iam dudum exiit hominum po-  
testatem, nec libellis agitur negocium, sed armis. Quod  
si cessant leges inter arma, multo magis disputatoriij li-  
belli. Nihil superest, nisi ut agnoscamus manū dei nos  
prouocantis ad pœnitentiam, & omnes quicunq; su-  
mus, omnes enim egemus gloria dei, ad illius misericor-  
diam confugiamus. Sin ut omnes hæreticorum pha-  
langes uno conflictu profliges, & internecione deleas,  
uehementer optarim hanc tui libelli partem, aut tam  
solidis argumentis instructam esse, ut impijs omnibus  
os opprimat, aut tam felicem ut omnes ad rectiora cō-  
siliiā

silia reuocet. Id tamē facilius effecissem, si hostilem acié, aut certe ducem nominatim appellasse potius quam me. Cæterum quoniam nihil hic est, quod in meis lucubrationibus inuenitur, non est quod respondeam, nisi quod carptim quædam attingam, quæ tibi huic disputationi uisum est inspergere, quo consilio, non satis perspicio. In Diatriba reprehendis, quod in principio ac fine sim æquo modestior. Non ita uisum Lutheru, declarat uolumen quo mihi respondit. Sed fuerim, certe in hyperaspistis hoc non potes reprehendere, nec ram probas, sed æditos dissimulas. Nisi denuo, inquis, scribas in Lutheru, adauxeris potius hominū de te suspicionem, posteaq; declarasti Diatriba quid potueris si uoluisses. Quorsum attinebat, ut homo quemadmodum scribis occupatissimus, hic frustra tantum funderes uerborum? Quod scribis ab omnibus optari, flagitari, requiri, iam dudum à me præstatum est duobus uoluminibus. Id factum dissimulas, ne non esset locus illis, quæ multa, Ciceroniana phrasí declamare pergis. Obiter notas quod nec uita functis parcam, quo minus de illorum monumentis iudicem. Id si mihi cum omnibus scriptoribus cōmune est, præsertim cum tuo Aristotele, quæ optimo iure facis plurimi, quur uni mihi impingitur? Nec Apostoli, inquis, nec Augustinus ullam præbuerunt occasionem. Hoc patiar obtainere te, si docueris Augustinū nihil suffragari Lutheru in quæ-

stione liberi arbitrij, ut de cæteris sileam. Sed non dat occasionem, cuius bene dicta rapiuntur in occasionem, quum ego præstissem dicar, in cuius libris nihil tale potest ostendis? De disciplinis humanis sic agere uides, quasi meum dogma sit, purum rhetorem aut grammaticum posse melius de fidei quæstionibus disputare, quam grauioribus disciplinis instructum, quum à me nihil istiusmodi proditum sit. Extra controvërsiam est, linguarum peritiam theologo necessariam, an humana philosophia sit necessaria, thema uidetur utcunq; disputabile. De sacris libris uulgo comunicandis iam pridem satis aperui meam sententiam, ne crambe toties recocta naufragat lectori. Quod negas margaritas porcis spargendas, & sanctum dandum canibus, male sentis de populo Christiano si dignū iudicas q; porcis & canibus cōseras? Certe Christus promiscue, simplicibus & idiotis sua mysteria dignatus est aperire, & nuper audiri cœptum est, plebem à sacrorum uoluminū lectione prouersus submouendam. Vereor ne quibus uideatur itinqua partitio, quod Italos tuis uindicas sapientiam cum eloquentia coniunctam, nostratis nihil relinquens præter inanem eloquentiam, qui ut inquis, studium eloquentiæ studio sapientiæ præferunt. Atqui nusq; plures sunt quam apud Italos, qui tota uita nihil aliud agunt, quam ut linguam expoliāt. Apud nostrates magis uiget philosophiæ studium q; apud

AD ALBERTVM PIVM RESPONSI0 75

apud uos, magis etiam theologiæ, quæ apud uos penè tota ad paucos monachos relegata est. Hæreticos appellas eos, qui papam contemptus gratia uocat Romanum episcopum, an hoc titulo sūm usus alicubi non satis memini. Certè si feci, non feci contumeliae causa. Veteres orthodoxi honoris gratia solent hunc tribuere titulum, & ipsi pótifices hoc titulo se designabāt.

Non est autem ornatissime princeps, quur deperceris offensam, quòd me docere uisus es. Utinam tibi uacaret multo plura docere. Quod ad hanc quidem partem attinet, habeo gratiam maximam, qualem habituri sint Lutherani nescio. Illud demiror, quare sub finem libri recinis nobis toties frustra cantatam cantilénam, ut post Diatribam rursus in Lutherum strigam calamum, & stringam acriter, quod quum iam pridem esse factum non possis ignorare, non satis perspicio quo consilio dissimulandum putaris. Hæc si scriperas nondum conspectis uoluminibus, quāto satius erat hanc coronidem mutari, quod magis in rem erat existimationis utriuscq; Meæ, quòd sine causa tractor odiose:tuæ, quòd uel tam piger uideberis ut tantum operæ nolueris sumere, uel tam non ingenuus, ut quod est omnibus notissimum dissimularis. Et interim si deo placet, minitaris ni id faciam, fore, ut hæreat in me Lutheranismi suspicio, ut mihi plurima uideantur conuenire cum Luthero, ut probati uiri, me

primum autorem tantorum malorum fuisse prædicent,  
atq; uita defunctus hanc opinionem mecum efferam.  
Quid si fecero: nihil horum erit: Nihil, inquis. At iam  
pridem factum est quod hortaris. Iam si uerum est  
quod tu tanto studio probare conatus es, Lutherum  
ex meis hortis letalia legisse semina, quomodo mede-  
būtur huic mālo mea quamlibet uehementia scripta:  
An quod factum est, fieri infectum potest: Imò su-  
spicionem istam potius confirmauero, si destomacher  
in Lutherum. Dicar enim hoc officio priorem culpam  
pensasse. At isto nomine syllabam in Lutherum nec  
scripsi nec scripsero. Mentiantur, singant comminiscan-  
tur isti quæcunque uolent. Præterea uereor ne quis con-  
stantiam in te desideret, qui cum initio fassus sis te de-  
me semper honorifice & sensisse & prædicasse, tamen  
ingressurus disputationem, haec in me congeris, quòd  
detrahām dignitati sacerdotum & pontificis, irrideam  
professionem motiachorum aliaq; permulta ante com-  
memorata. Quæ si nō credis de me, quorsum attinebat  
in alienis calumnijs confirmandis tantum operæ suime  
re: Si credis, qui conuenit ut de eo semper honorifice  
& senseris & prædicaris, de quo tam multa mala sen-  
tis: Iam in illo cōplures candorem desiderabunt, quòd  
istam inuidiosam cantilenam alieno tempore canis or-  
bi. Ante annos octo quidam improba lingua conabā-  
tur eam suspicionem impingere mihi, quòd non essem  
omni;

omnino à Lutheri negocio alienus: Id quum esset falso  
 sissimum, tamen calumnia poterat utcunq; probabis  
 lis uideri. Tum poterat uideri pietas, si me ad profitem-  
 dum quid sentirem prouocasses. Nunc posteaquam  
 notius est, quām expedit mihi, nihil inter nos conueni-  
 re, posteaquā tot libellis lapidatus sum, posteaq; tam  
 late patentis factionis odium in me concitaui, postea-  
 quam cum ipso Lutheru gladiatorio more conflicta-  
 tus sum, quām non tempestiu est ista tua uel expostu-  
 latio uel adhortatio? Expostulas de his quæ mutari  
 non possunt, Adhortaris ad ea quæ iam peracta sunt,  
 quorum alterum est superuacaneum, alterū etiam ab-  
 surdum, utrumq; alieni temporis. Proinde quēadmo-  
 dum hic libellus æditus non nihil inuidiae mihi confa-  
 bit, præsertim apud eos qui nihil non probant quod  
 impetat Erasmus, quibus & Hutteni expostulatio mi-  
 te arrisit, quum Lutheru uideri uellent infensissimi, ita  
 uereor ne apud eos qui sunt integro sanoq; iudicio, nō  
 nihil detrahatur tuæ existimationi, quæ multorum ani-  
 mos occuparat, Albertum esse virum æquitate cando-  
 recq; singulari prædictum. Videberis enim arte parum  
 liberali causam meam cum causa Lutheri cōmisuisse,  
 ac ueluti linum lino contexuisse, ad quod ut uideare  
 meis litteris prouocatus, multa congeris, quum ipsa res  
 aliud loquatur. Notabūt & illud, quod propositio tua  
 multo sit atrocior, quām argumentatio, ut hæc æquis-

iudicibus non uideare scripsisse, sed hostibus tantum. Illud certe nullus excusabit, quod alieno tempore edideris, quod ea non mutaris, quæ res ipsa monebat immutanda, quod dissimularis, post Diatribam æditos duos Hyperaspistas. Fortasse dices me nunc idem committere quod in te reprehendo, qui moneam non fuisse uulgandum librum, qui iam excusus prostat. Monuissem in tempore si rescissem ubi locorum ageres, & mox ubi audiui te in Gallijs agere, scripsi super hac litteras, quas demitor tibi non esse redditas. Non minus enim consulebant tui nominis honori quam meo, Verum hæc quoniam reuocari non possunt, boni consulamus oportet. Illud non satis intelligo, quod petis à me tibi dari ueniam, si quid intemperantius, coticatus, asperius ue uidearis in me dixisse, monesç ne quid tale suspicer in me dictū, sed omnia referam in Martinū, in cuius mentionem nemo potest incidere, qui modo sit Christianæ religionis studiosus, quin excandescat & frena modestiæ relaxet, quod aduersus tam impiū, ut aïs, & tam mordacem hæreticum uerba temperare, contra omnem modestiam, non solum contra pietatē esse uideat. Ignoscet Alberte clarissime stupori meo, quod genus zeli hoc est, sic irasci hæretico, ut in hominem orthodoxum destomacheris? Istud phreneticorum est, dum irascuntur inimico, ferire amicum. Quanç solent ægroti quoq; in summo cruciatu, charissimos etiā maledictis

ledictis aut pugnis impetrere. Si quid tale est, doleo me  
tibi tam fuisse propinquum. Sed ego fortasse non esse  
quor sensum tuum, & aliud quiddam istis verbis expri-  
mere uoluisti. Non enim illud opinor metuis, ne quic-  
quid in Lutherum dicitur, existimem ad me pertinere.  
Si tam bene uolebas mihi q̄z prædicas, humanius erat  
mea in cōmodum interpretari sensum, potius quām  
bene dicta huc detorquere, ut uiderentur Lutheranis  
congruere, ut sileam, quod multa odiosa cōmemoras,  
quæ in scriptis meis nūsc̄z reperias. Et si tam male uo-  
lebas Lutherο, q̄z uideri uis, utinā istam acrimoniā in  
argumentando potius q̄z in procēsijs declarasses. Ibi  
cominus res agitur, ibi spectator expectat, uter stet aut  
cadat. At hic frequēter tā diluta est tua oratio, ut nō tā  
euincere quod p̄posueras, q̄z precario impetrare uelle  
uidearis. Relege disputationē tuā, sed ut alienā, & cōpe-  
ties sic habere. Expedit aut nō laceſſere Lutherū, aut ua-  
lidissimis argumētis rem agere. Verū hoc nūc ſero mo-  
neo. In ſūma, utinā aut in alio quopiā argumēto decla-  
rasses nobis, quātū ingenio ualeres, aut certe quod tra-  
ctare uifum eſt, aliter tractasses. Postremò quod me in  
uitas ad amicitiæ ſœdus, lubens amplector, polliceor q̄z  
me licet cæteris oīibus inferiorē, bñuolentia studioq̄z  
p̄pensæ uolūtatis nūsc̄z tibi ceſſurū. Sed mihi uicissim  
ignoscas oportet uit hūanissime, q̄ ipſe dū atroces calu-  
mias à me depello, quædā fortasse liberius dixisse ui-  
debor.

debōr quām pro tua dignitate. Utinam fuisset hoc cōcertationis genus, in quo licuisset simul & tuæ dignitatis & meæ salutis rationem habere. Quin & illud boni cōsulas oro, quòd expolitissimo libro, rudi planeç Ba-taua epistola respondeo. Si obticuisse, uerebar ne quis interpretaretur id tui contemptu factum, & ad hanc operam uix dati sunt sex dies, quorum tamē magna pars in alias occupationes erat distrahēda. Extem porarium est quicquid uides. Et si maxime suppetisset ocium, non sum adeo meæ mediocritatis ignarus, ut  
 uel eruditio[n]e, uel eloquentia uelim cum tali uiro  
 certare, quales ego semper uenerari soleo po-  
 tius quām æmulari. Bene uale. Datum  
 Basileæ Idib. Februarij. Anno  
 M. D. X X I X.

ERASMI ROTERODAMI RESPON/  
SIO AD NOTULAS BEDAICAS.



TINA M Natalis Beda præstet eam synceritatem ipsa re, quā nunq̄ non iactat oratione, sed nihil agit apud cordatos, nihil est istis fucis īā uulgatus. Nūc est beatus Agatho, nunc Ezechias, nunc Augustinus, quum scripta hominis clamitent eū esse plenum amaritudinis ac sellis, ac natum excitandis in populo Christiano tumultibus. Nam taliū quorundam pseudotheologorum improbis motibus, res Lutherana huc usq; profecit, ac uereor ne per Bedæ similes latius proficiat. Respōdet quibusdam ineptis libellis clām æditis, quos adeo non probō, ut si nossem autores, in ipsos palām stringerē calatum. An mihi faueant nescio. Me certe grauius lædūt q̄z hostes professi. Quid igit̄ opus erat tot cōuicijs in me detortis, qd erat necesse maliciosam adhibere uafriciem, præsertim quum præfatus esset, se nolle maledicta maledictis retaliare? Sic ago cum Beda, quemadmodum Petilianus penè cum Augustino, sic enim adiecit Beda penè, quasi significet me peius ipsum tractare, quām Petilianus Doçatista tractauerit Augustinum. Utinam utinam Beda noster tam prope accederet ad Augustini synceritatē, mode-

m stiam,

stiam mansuetudinem, pietatem, ingenium & eruditio-  
nem, q̄ ego procul absūm ab impietate Petiliani, Nihil  
addubito quin mihi cum Augustino pulchre cōuen-  
tum fuerit, si in eadem tempora incidissemus. Vbi Au-  
gustinus detorquet bene dicta hæreticorum in peruer-  
sum sensum? Vbi tā procaciter debacchatur in plusq;  
hæreticos, q̄ Beda debacchatur in hominem suā com-  
munionis, & in ihsdē castris militātem? Rhetorica mea  
ut ait psuadeo quidlibet mihi addictis. Imò nullos ha-  
beo mihi addictos, ne discipulos quidem in re theolo-  
gica. Quos igitur addictos fingit os impudēs, ad mihi  
concitādam inuidiam? Non habet quod queratur de  
mea rhetorica, qua non sum usus aduersus eū. Nā sup-  
putationes menstruo labore sunt absolutæ, cuius tem-  
poris maxima pars danda fuit legendis Bedæ calūnijs,  
& inspiciendis locis quæ petebat. Nullis rhetorū fucis,  
sed simplici sermone, rusticanaq; ueritate res gesta est.  
Quibus artibus sum usus in Sutorē, Leū & Stunicā?  
Depuli paucis calumniam, & omnes superauī mode-  
stia. Leo tribus respondi libellis: & his absoluendis, &  
illius nætijs ante perlegēdis dati sunt quadraginta nō  
amplius dies. Stunicæ uix octo dati sunt, Sutori totidē,  
cuius impendij me uehementer p̄cenitet.

Quicūq; ut ait Beda scribit in me, protinus fit æmu-  
lator & inuidus, mendax, calūniator, hæreticus, temera-  
rius, aliaq; multa quæ aceruatim cōgerit noster Beda.

Vbi

Vbi quicquam huiusmodi dixi in Bedam, aut in Leū,  
aut in Stunicam, aut in Iacobum Fabrum, aut in Dor  
pium, aut etiam in Sutorem? Sed sibi permittit homo  
zeli plenus deblaterare in nos quicquid illi suggerit  
splendida bilis. Semel in suppurationibus dico, misera  
tande Beda. Quis non eget misericordia domini? Ille  
quum impingit hæreses ac blasphemias manifestis ca  
lumnijs, uelut agnus coram tondente obmutescit, nec  
aperit os suum, & alijs ipsi maledicentibus homo pla  
cidus nihil aliud quam orat. Nec ego depingo illum ta  
libus coloribus, quemadmodum falso queritur, sed  
ipse depinxit scipsum talern in libro quem scripsit in  
me. Nam de cæteris quos scripsit in Iacobum Fabrum  
nihil pronuntio, quando non legi nec animus est lege  
re, quod hic testatum esse uolo. Obijcit inconstantiam,  
quod cum prius mihi fuerit eximius doctor, uir egre  
gius, absolutissimus Theologus, nunc alius habeatur.  
Euge, incipit nobis agere morionem, si superis placet,  
Agit enim ex opisthographijs epistolarum. Atqui  
quum scribimus piratis aut prædonibus, tamen episto  
læ titulus habet honorifica uerba. Et huiusmodi titu  
los frequenter addunt amanuenses ex formula. Peri  
culum esse uideo, ne si quis Bedam honoris gratia sa  
lutet dominum, asserat salutatorem suum in seruitu  
tem. Verum hic me tuebor epigrammate Marti  
alis.

Cum uoco te dominum noli tibi Beda placere,

Sæpe etiam seruū sic resaluto meum.

Nunquam admodum magnifice sensi de Beda, sed tam  
est esse nunquam eram crediturus, nisi seipsum nobis  
expressisset in tabulis suis. Audi aliud morionicū. Mi-  
hi inquit & Desiderio dimittat pius dominus peccata  
omnia. Pro me quidem gratiam habeo, pro se qua frō-  
te orat, q̄ bonis operibus intedit onustus. En tibi aliud  
crimē. Ipse mecum pugno. Qui sic! Negaui illum auto-  
rem operis quod in me scripsit, & idem aio, quod bien-  
nio multorum præsidij adiutus id effecerit. Quis non  
hæc rideat? An ille suo Marte sribit librum, qui non le-  
git opus qd' impugnat, qui articulos ab alijs decerpitos  
accipit, qui magnā operis partem aliena opera pera-  
git? Autorem operis fuisse nunquam negauī, nā autor  
esse potest, qui tantum iussit scribi. Non est obscurum,  
quorum suppetijs scripsit in Fabrū. In eo libro quo me  
impedit, usus est leuioris armaturæ satellitib. Suo mar-  
te nihil gerit. Rursus aliud telū. Aio, ut prædicat, qud'  
nusquam sim à Beda iure reprehēsus, quanquam hoc  
ut solet mentitur, quum in Elencho tam multis propo-  
sitiones transflerim. Putat enim à me damnatas, quas  
cunq̄ silentio prætereo. Imò si quis non grauetur inspi-  
cere, nullas præterij nisi quæ nihil ad fidei negotiū per-  
tinerent, aut aliarum solutione simul essent dissolutæ.  
Elenchum scripsi non reprehensionem, hoc est notulas  
quasdam

quasdam profiteor, unde cætera possent æstimari, uel quia non uacabat plura, uel quia non libebat eiusmodi Nenjs iustum operam dare. Quòd si Beda contendit nos agnoscere, quicquid nō nominatim refellimus, ipse uidelicet agnoscit omnes calumnias, mendacia & blasphemias, quæ ex illius libro decepta omnibus oculos posui, ad quorum perpaucā respondet, sed ita ferè, ut calumnias calumnijs, mendacia mendacijs accusulet. Agnoscat hic suam legē, & fateatur se damnare quæcunq; nō defendit. Et tamē huiusmodi flosculis ac gēmis ornatus incedit Beda noster, & inter suos trium phū agit. Audaciā uocat, q; post omnibus respōderim, quū modestiā potius debuerit appellare. Nā Iacobus Faber, nō est illum hoc honore dignatus. Imò quis Lutheranorum tam abiecti est animi, ut illius libros respōso dignatus sit. Vix reperti sunt pauci qui legere dignarentur, & hi mirum quām in suis dogmatibus confirmati sint. Et ante respōderam omnibus articulis quos ad me miserat, idq; moderatissime, quod utinā in suis censuris fuisse imitatus. Gloriatur quòd aliquot loca ex Lei, Stuniceq; calumnijs mutarim. Quid ni? Sæpe famuloruū admonitione muto quod scripseram, sed in his quæ nihil ad fidem pertineat. Et ex Bedæ primū missis notulis emendaui duo aut tria loca, fateor, sed quæ typographorum incuria fuerant deprauata, ac Beda quamlibet præfractus, uicissim admonitu meoru

scriptorum , quosdam articulos suppressit , quos prius  
damnauerat , sed tam impudenter , ut ipsum quoq; pu-  
duerit qui nihil solet habere frontis . Verum dum hæc  
iactat Beda , agnoscit euidēs mendaciū : obiecerat enim  
mihi , quod omnia defendere , quod nullius monitis au-  
scultare , respondi quod hic criminatur Beda , quæ mea  
responsio si uera est , ut est , mendacium erat quod forti-  
ter obiecit Beda . Quid hoc homine ελεγκτικότερο . Si ni-  
hil muto , criminatur , si muto criminatur , & tamen hue  
me inuitat . Epistolas ultro citroq; inter nos mis-  
fas , nondum intelligo quo consilio putarit ædendas , ni  
si ut mihi uir pure Christianus apud Lutheranos con-  
ciliet aliquid periculi . Tantus est homini zelus aduer-  
sus hereticos , ut homini orthodoxo in illorum gratiā  
faceat negocium . Amicissime transmisit ad me notas  
errorum , ut ait , Imò Parisijs uolitabant per manus o-  
mnium annis aliquot , anteq; ad me mitteret uerbum ,  
nec unq; mississet nisi multis blanditijs incātatus . Dein  
simul atq; sum ausus rogare , ut tribus uerbis indicare  
dignaretur quid offendet , protinus sumpsit hostiles  
spūs . Sed si est tam candidus quām uult uideri , quār lo-  
ca quæ correxeram tam furiose exagitat ? Nesciebat .  
Nec id fatetur , nec decet hoc hominem , qui fratri cri-  
mē haereseos impingit , potuerat minimo negocio cōfer-  
re loca . Ergo si sciebat ut uult uideri , saltē id debebat  
admonere lectorem in suo uolumine , hic Erasmus pā-  
rum

rum est caute loquutus, sed aliās explicat quid senserit. Aliās excusat suam intēperantiam, quod scripserit ad cautelam. At alij Beda doctiores ita scribunt ad cautelam. Hūc locū aliquis calumniari posset, sed illis & illis locis, & hoc eodē ope palām exprimit sensum catholi-  
cum. Hoc Beda complutibus poterat locis. Id si feci-  
set, simul & cauisset infirmo lectori, & proximum non  
læsisset calumnia, nec multorum animos inflammasset  
in odium & obtrectationem. Sed aliud molitur Bedæ  
spiritus quo agitatur.

Sæpe prouocat me ad exemplum Augustini. Quan-  
do Augustinus recantat quæ bene scripserat. Nonne  
ad false obiecta fortiter respondet? Mira uero teme-  
ritas, quod cum Beda sordida scheda denunciaret, ut  
ab ædendis libris temperarem, donec ipse præclarum  
opus obsolueret, malui principum & eruditorum uo-  
luntati morem gerere. Non suspicabar sub isto miser-  
eo corpusculo, latere tantum Phalatidem. Quin ipse  
nunc imitatur Augustinum, ut furiosum illum librum  
suum, iuxta regis edictum aboleat, si pium est Augu-  
stini exemplo male scripta corrigeret? Sed fecit hoc  
quod futurum prædixeram, & quod solent effrontes,  
quodque apud Maronem faciunt pastores Damocetas  
& Coridon, ad obiecta nihil respondēt, quoniam non  
possunt, sed quod est facillimum, conuitia conuitijs ag-  
gerant atque ita uincunt.

Nihil

Nihil facit nisi adhibitis in consilium amicis, at ipsa res declarat illum, nullos amicos magis adhibere in consilium, quam consultores pessimos, iram, odium, liuorem, impudentiam & gloriam. Tam Theologice praefatus orditur. Ac primum singularis modestiae nobis specimen aedit, profitens nec sacratissimam facultatem nec ipsum id uelle, ut hos Bedæ libros p canonicis scripturis habeamus. Quanto periculo uitius pius liberauit orbem. Scilicet hoc erat futurum, ni in tempore monuisset. Atq[ue] hoc colore putat affatim excusatū, quicquid uel delirat, uel furit in scriptis suis. Detur hæc uenia moderate scribentibus, non illi qui tanto supercilio, tanta rabie pronuntiat ac deblaterat in ea quæ non legit, quæ nō intelligit, qui manifesta calumnia deprauat pie dicta, qui nusquam nō crepat hæreses & blasphemias, qui nihil spirat, nisi odium parricidiale, qui calunijs & mendacijs impudentibus rem gerit. Is postea nobis dicit, homo sum, labi possum, bono animo scripsi. Praefatus se uelle ab omnibus conuictijs abstinere, nō semel uocat mea iuramenta execrabilia. Illius iuriurandum sacrosanctum est. Et hic etiam se deum facit, pronuntians de occultis mentium.

Ergo fieri potest ut Beda quoque lapsus sit in libris suis. Quid igitur inter Erasmus & Bedam interest? Intentio discernit nos, Beda quicquid scribit, scribit pia intentione cooperante deo, Erasmus impia. Quam bella sibi

sibi fenestram aperit hic ~~ναρθεκόγνωσκε~~. Et hic malicioſa  
ſua uafricie cōiungit Lutherum, Erasmus & Fabrum,  
& addit per humanitatis artes theologizantium, quasi  
Lutherus rudis sit scholasticæ theologiæ, Faber philo-  
ſophiæ. Ac perpetuo iungit me cum Fabro. Quam ob-  
rem. Ut poffit orbem conuiciorum absoluere, ut ſi qd  
nō quadret in me, quadret in Fabrum. Si quid minus  
hæret in Fabrum hæreat in Lutherū. Et hinc ille circu-  
lus toties repetitus, Lutherus, Faber, Erasmus. Alio-  
qui non haberent locum illa de corruptis, addictis, de  
discipulis, de præſeruatis, quum nihil horum in me co-  
petat.

Ob piam igitur intentionem omnia quæ  
ſcribit Beda ſunt approbanda, iuxta ſenſum ſcribentis  
intellectui consentaneum, & ut ille ſenſus defendatur,  
aliorum pie ſcripta, debet in prauum detorqueri. Rep-  
erit Beda colorem, quo ſua omnia excusat, ſed interim  
uſurpat ſibi partes dei, quum de cordis intentione iudi-  
cet. Vnde illi conſtat quod paraphraſes impio animo  
ſcripſerim. Si teſtet Christum, clamabit, execrabile ius  
iurandum. Gloriatur illud admirandum opus denuo  
Coloniæ fuille excusum, quaſi mirum ſit alicubi reperi-  
ri unum atq; alterum Bedæ ſimilem. Ex illa Academia  
primum ortum eſt hoc incendium, dum Reuchlinum  
exagitant, & tamen excusi operis poenituit typogra-  
phos, quia nemo dignabatur emere. Verū ut gloriaſ  
excusum, ita ſilet, quod idem opus regi adiuto fuerit

n Lutetiæ

Lutetiae distrahi uetus. Id ædictum ne grauaretur fa-  
cultas, ipse Beda sacro suo ore bibliopolis ædere coa-  
ctus est, quanquam nihilo seius clam distrahebatur,  
delusa regis autoritate, quæ mirum quantum lauda-  
tur, quum reponit statuam adorandam. Eos qui ne-  
scio quid ædiderunt aduersus Bedam, in fauorem ut ui-  
detur Fabri ac meum, quum ignoret qui sint, tamen ap-  
pellat clancularios Lutheranos. Quid ni? Quisquis nō  
magnifice sentit de Beda, non potest nō esse Lutheran-  
us. Hanc legē Louanijs sanxisse dicit Nicolaus Ecmō-  
danus. Quisquis mihi non aperit caput nec assurgit, nec  
meas audit conciones, certo certius habetote illum esse  
Lutheranum. An nemo potest Fabro aut Erasmo ami-  
cas esse, nisi protinus fiat Lutheranus? Quin potius  
suspicor istos quicunq; sunt, nec amore Lutheri, Fabri  
aut Erasmi facere quod faciunt, sed odio Bedæ, cuius  
nomen sic inuisum est bonis omnibus, ut istam celeber-  
timam Academiam, & sacratissimam facultatē in non-  
nullam odij portionem uocet. Mira uafricie narrat hi-  
storiā, regem Christianissimum laudat, uidelicet as-  
num ex apologis referens catellæ imitatorē, quod ædi-  
cto iussit, ut duodecim articulos in Bedam notatos,  
tota uhiuersitas aut probaret aut dñaret, idq; quām  
primum, nec id solito more, sed euidenter & expresse.  
Rex Christianissimus negat se perpessurum in suo re-  
gno monstral' asphemias & hæreses. Hoc in genere  
quum

quum illi perpetuum sit, non erat necesse testari. Verū illud potius in Bedam dictum uidetur. Delatum enim erat Christianissimo regi, duodecim articulos scatere blasphemis & haereticis erroribus. Hoc Beda satis rhetorice dissimulat, quanquam non didicit rhetoricam, & ad suum detorquet cōmodum. Merito laudat regis pietatem, sed quur illi non obtemperatum est, quum illius pietas uetaret distrahi treis libros? Quur nihil secius distracti sunt? Vbi hic erat regis pietas? Quare rex ius sit supprimi libros? Honoris opinor gratia, quod indignum iudicaret tales margaritas princi porcis, & sanctum canibus. Et ubi tum erat illud Pauli non semel iubentis obedire principibus, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Verum quoties aduersus Bedam facit ædīctum, non habet pondus, sed detorquet ad sensum ipsius intellectui consentaneum.

Dira minitatur his, qui libellis nescio quibus ipsum impetierunt. At quum Lambertus Campester falsaret mea colloquia, quum nuper æditus sit libellus plusq; furiosus ficto titulo, nullo typographi aut loci nomine, Beda fruitur aliena infania, & fortassis sua, neq; queritur. Hæc est Bedæ iustitia. Multa cōminiscitur, quare quod rex illico fieri iubebat, tam diu dilatum sit. Iam enim ut opinor plusquam annus est. Atqui si ædīctum regium fuisset in rem Bedæ, uel improbitate per pulisset Academiam ad absoluendum negocium. Ut

omittā multa ualde Bedaice dicta, quos prius appellauit defensores hæreseon & hostes Catholicorū, quorū ppugnator est Beda, eos nūc rogat, cur si erroris odio mouebātur, nō ad illū miserint suos articulos, quur nō apposuerint nomen suū? Non patrocinabor illis, quo rum factum damno, sed quur Beda non prædicat fidem suam in Germania? Aut quur non persequitur illos qui Lutetiae famosos libellos ædunt in Erasmus?

Rursus numerat nobis suos articulos, in Fabrum cc c. l. ii. in Erasmū c. x c. v i i i. In summa DL, sed addere debebat, exceptis mendacijs & calumnijs. Mirum artificium, ubiqz nos duos coniungere. Beda habet auriculas duas, pedes totidem. Asinus indicus habet auriculas duas, pedes quatuor, cornu unum, si in summam conferas, reperies x i. Si rex Christianissimus egeret morione, quem alium ascisceret potius quam hunc Bedam, tam serio ridiculum? Sed quis dubitet de scriptis Bedæ, posteaquam summi Germaniæ theologi littoris suis testati sunt, deum in eis libris ipsi fuisse oware, yep. Mox Coloniensis acadēmia cœpit illi in dylta esse, posteaquam illic diuinum opus excusum est. Et quid aliud possit esse quam summus theologus, qui Bedæ scripta miratur? Quanqz suspicor illum usum heterosi, & ex theologo fecisse theologos. Quum toties singat se iudicium alijs deferre, tamen subinde inculcat se certum esse, quod nullus bonus theologus non sit omnia probaturus.

baturus quæ scripsit, duntaxat iuxta sensum ipsius: deinde nullum fore bonum theologum, qui non dicet meos libros damnandos. Post tam graue præiudiciū quis audebit aduersus Bedæ libros hiscere, nisi statim audire uelit, malus theologus & Lutheranus? Iam qd si ego proferam epistolas theologorum complures, inter quos & episcopi sunt, adeo uitæ sanctimonia, recondita doctrina, sobrio iudicio præcellentes, ut Beda sit indignus, qui illis matulam porrigit, saluus sit aurium honos, num protinus omnes erunt mali theologi, & haereseon fautores? Vtrum hic agitur de sensibus Bedæ, an potius de calumnijs, quas impingit imeritis, de mendacijs quas sine fronte profundit, de blasphemijjs, iuxta sensum eorū qui uere diligunt Christi gloriam. Incusat suam memoriam, quæ nihil retinet eorum quæ legit, quasi pilo felicius esset ingenium. Atqui quum opus sit scripturo multarum rerū memoria, quin alijs cessit istam prouinciam? Totā fermè aetatem detriuit in quæstiunculis Scoticis, nunc penè sexagenarius incipit legere Augustinū, hoc est uersat in alio mundo, quem ideo non tenet memoria, quia non inteligit. Trāsilio quæ blaterat in articulos Fabri, quāc̄ aliquid modestius quam in me, formidine fustis: nec tuebor, si quid ineptierunt qui libellis anonymis ludūt, nullius maiore malo quam in meo. Tantum obiter indicatus sum, Bedæ deploratam impudentiā. Asseuerat hāc

propositionem, dies iudicij incognitus est filio dei &c. esse in fide erroneam. Sed addit secundum sensum quē primum facit. Primum hæc uerba nusquam sunt in scriptis meis. Quis enim nunc dicit diem esse incognitum Christo, sed uerissimū est, Christū quum fuisset in carne, sic fuisse discipulis loquitū. At maior debebatur reverentia scripturæ euangelicæ, quām Beda tribuit, hæc propositio falsa est. Satis erat dicere, talis huius sermonis interpretatio est in fide erronea. Sed Beda ubique uidetur plus deferre suis distinctiunculis quām autoris tati scripturæ diuinæ. Ad locum qui est in epistola ad Cæsarem, quum abunde responderim, tamē Beda dissimulans repetit eandem calumniam: quum aio, quem solus pater norit, mutato uerbi modo, effeci ne quis possit ad meam personam referre: & si dictum fuisset, nouit, quid aliud poterat interpretari lector sobrius, nisi indicatum euangelij locum in quo talia habentur? Tam est impudens, ut scribat in opus, quod nunquam legit, & non lecta responsione, aut certe non intellecta, pergit calumniari quasi nihil sit responsum. Sed quid refert illum legere, quum prius effluat ē memoria, quām influxerit? Quorsum opus erat hic philosophati, quod solus, non excludat alias personas, quum Marcus expresse filiū excludat? Sed hic sermo Marci iuxta sensum grammaticum, inquit, est erroneus in fide, siue sentias de diuina natura Christi, siue de humana. At iste

iste sensus grāmaticus mihi ne personiū quidē unq̄  
in mentem uenit, & reddidi causam idoneam, quār ibi  
non explicuerim uerba Christi. Nec est paraphrastæ,  
omnes scripturæ difficultates enarrare. Quod si meis  
uerbis offendetur lector, quæ ex euangelio recito, mul-  
to magis offendetur ipso euāgelio. Et quum in mea re-  
sponsione monuerim, me multis locis explicare sensum  
eiusmodi locorum, nominatim quendam indicans qui  
tum forte occurrebat, tamen iste perfricta fronte, confir-  
mat me semper in paraphrasibus sequi sensum gram-  
maticum. O linguam ferro resecandam. Ac triplicē lo-  
ci expositionem quum in paraphrasibus alicubi cōple-  
ctar, quum sit apud eos autores in quibus potissimum  
uersor, tamen uideri uult mihi nihil tale uenisse in men-  
tem, priusq̄ ipse nos doceret. Nec mirū, omnia quæ le-  
git Beda in talibus autoribus, sunt illi noua, nec putat  
à quoq̄ ante lecta. Et interim nec mēdacia depellit, nec  
calumnias quas illi in os impegi. Sed Beda catholice lo-  
quutus est secundū suū sensum, bona intentione, & ad  
cautelā. Applaudite zelotæ. Etiā nomē inuidet meis pa-  
raphrasibus, in qbus reqr̄it breuitatē. Præscribat igitur  
nobis, quot uerba liceat addere. Sed q̄ cōuenit, ut in me  
req̄rat breuitatē, & incuset, q̄ nō explicuerim triplex cō-  
mentū. Nec tam excusat breuitatem q̄ personam lo-  
quentis, cui non potui tribuere sermonem interpretan-  
tis. Et tamen illa ipsa uerba quæ calumniatur Beda,

non

nō repugnāt sensui mystico, imò subindicant. Quoniam pater sic intelligit expedire saluti uestræ, sibi uni seruat hoc arcanū:uni, nō excludit alias personas, & sibi seruat qui nō mandat prædicandum, & filius legatus, hoc quodammodo nescit, quod non recepit euulgandum. Quid hac calumnia de uerbis maliciosius? Et huius generis sunt omnia ferè Bedaica. In uno capite Lucæ, sum prolixior, explicans illud, incipiens à Mose & prophætis, & facio Christum ea loquentem, qualia probabile est illum dixisse. In cæteris videor mihi non excedere modum paraphrasis. Quis autem præscripsit huic rei modum ante Bedam? Hic re feliciter perorata, ex patiatur in locum communem, me esse Proteum, & eloquentiam sine sapientia multum officere ciuitatibus. Et quicquid excusat Erasmus, tamē esse uerum illud lepidissimum Stunicæ prouerbium, aut Erasmus Lutherissat, aut Erasmissat Lutherus. O motionem. Addemus & hoc adagiū, aut Corœbus Bedaissat, aut Beda Corœbissat. Quid ais? Si paraphrasi explicē illud Pauli, Regnum dei nō est esca & potus: aut illud, Noli iudicare fratrem in cibo & potu: non refert, utrum hoc sub Pauli persona ut illo tempore dictum proponatur, an hodie sub persona Erasmi? Id quum perspicuum sit & pueris, tamen Beda non potest diuinare, qd sit personæ decorum, tatum adsuetus cōclusionibus & corollarīs. Notat quod in Diatriba cum Lutheru-

tum

tum tres tractē quæstiones, nec afferam, sed alijs iudicium deferam. An non satis afferit, qui solide argumētatur? Et in initio libelli tracto de autoritate Ecclesiæ & ueterum orthodoxorum, unde pendet tota Lutheri causa, & tamē audet dicere, q̄ ea disputatio nihil offe-  
rit causæ Lutheri. Atqui Lutherus ipse fatetur, me pe-  
tisse totius negocij sui caput. Addit, quòd scripsierim,  
eò compulsus autoritate principū. Quòd silui erat mo-  
destiæ, quòd obtemperauī pietati. Bedam quis huc fu-  
toris adegit? Amici prædicti, quos habet à cōsilij. Sed  
laudaui quiddam in Lutherō. Quid tum? Nihil in eo  
probādum, quemadmodū Beda nihil probat in Eras-  
mo? At Eccl̄danus euulgans diploma pontificis in  
Lutherum, appellauit illum virum doctum, scripsisse  
quosdam libros in quibus nihil inesset erroris. Id audi-  
ui præsens. Quo plus tribuimus operibus nostris, hoc  
minus tribuimus bonitati diuinæ, cui debētur omnia.  
Et si quid in benefactis nostrum est, extenuare pietatis  
est, ut extollamus diuinā misericordiā. Hactenus pro-  
bo Lutherum, quum Beda probet eos qui sua bona  
opera uendunt heminatim. Nouit enim Beda quantū  
emolumenti colligatur ex huiusmodi nundinationi-  
bus operum. Ita q̄ quoniam uere græcorū prouerbio  
dictum est, χαλεπὸν χορὶων κύνα γενέσαι, non mirū si no-  
lit auelli. Cætera quæ differuit Lutherus de bonis ope-  
ribus, si probasssem, non refellisssem in eodem libello.

o The

Theologi scholastici plus tribuunt Augustino & Hieronymo, aut Ambrosio. Hoc alicubi scripsit Erasmus. Quis hoc negat? Sed offendunt haec uerba, in scholis occuparunt tyrannidem. Hoc pulcherrime quadrat in Bedam ac Bedæ similes. Aio me plus p̄ij affectus colligere ex una pagina Origenis quām ex decem Augustini. Num ideo probo, si quid lapsus est Origenes? Aut nū protinus mihi putet Augustinus? Quid mihi usū ueniat dico, si Beda plus pietatis colligit ex Scoto, & ex resumptis suis, fruatur. Vbi uero cōtemno Gregorii? Imò mihi uidetur aliquando castius tractare sacras litteras, & Augustinus. Reliqua conuicia de regno meo, non minus me delectarunt, quām olim Herculem rusticus ille Lindius.

### Ad x articulum.

Rursus hunc tractat, quasi nihil omnino respondum sit, quum plus octies ad ista responderim. Quid faciam isti rabulæ? Ait me abusum uocabulo iniuria, quum aio, iniuriam iniuria repellat, imò proprie sum usus, ne legitimam animaduersionem excluderem. Aio, ut ius armorum Christianis in totum excuteret. Rursus indico, de quibus armis loquar, quoniam præmiseram omnem ulciscendi libidinem, de ultione loquor quam dictat ira non iustitia. Et utcūque accipias, si spectas personam Christi, cuius uerba interpretatur

Eua,

Euangesta, si apostolos & illa nascentis ecclesiae primordia, verissimum est, ius omne bellandi fuisse interdictum Christianis. Denique quod expono, commetum est orthodoxorum. Et hic quiratur ad reges omnes & Cæsarem, quasi illis de manibus arma excutiam, param & suo more mentiens. Vtinam nulla esset bellandi necessitas. Atqui tot locis doceo, qua moderatione bellandum sit. An hoc est dominantis bellum? Sed Beda nihil legit nisi quod calumniatur. Nescio qualis sit Bedæ zelus. Nusquam acrius incandescit, quamquam attingitur fiducia bonorum operum, cultus imaginum. Quidam in concione, loco salutationis angelicæ, inuocari iussit diuinum spiritum. Nonne periclitabatur ibi tota ecclesia, nisi Beda præstisset Atlantem? De uera ac spirituali pietate nulla illi cura est. Totam horum temporum calamitatem imputari uult scriptis Fabri & Erasmi. Quo argumento? Quia post æditos libros nostros accidit. Ego uicissim illi imputo Romanæ urbis miserabilem ruinam, quia postquam ædidi suos maleficos libros Beda, accidit illud excidium. Et hic addit, omnes ecclesiae proceres dormitasse, solo uigilate Beda. Quantum illi debet ecclesia.

## Ad xi.

Si Christus in terris agens exegit à suis iejunium quemadmodum Ioannes à suis, doceat Beda. De iejunis quæ lex exegit non loquor, nec de iejunis

post ab ecclesiæ primatibus indictis. Quo modo sit intellendum de prolixo & semper orando, & paucis orando, pluribus explicui locis, & in paraphrasibus, & in annotationibus, & in libello de modo orandi dilucide expediui, & melius quam Beda, qui nobis distinxit preces publicas & priuatas. Sed uenenum latet in gerundio, orandum docuit orare, recte erat, docuit orandum, haereticum. utrīcūq; uerborum. Quod Christus docuit sacerere, utrum faciendum est an non? Et precatio dominica utrum breuis est an nō? Hanc præscripsit Christus. Sed damno prolixas preces, quæ fiunt in templis, Ut compendio respondeam, mentitur Beda, nec id facit insolens. Christus non dixit simpliciter, nolite multum loqui, sed addit, sicut gentes faciūt, Nec paucis locis doceo, nihil fuisse semper maiori studio Christianis, tamen deprecari non sine uigilia & ieunio. Et tamen nihil de terius haberet religio Christiana, si publicæ preces alii quanto breuiores essent, modo tanto feruentiores. Postremo Diuus Augustinus laudat breues precatiunculas, subinde cū affectu eiaculatas. Atq; hic obiter rixatur cum Fabro, quasi debeam pro illo poenas dependere. Beda fortassis Euchitarū causam agit, qui psalmos suos frigide demurmuratos nec intellectos, numero ueditant, quemadmodum uenduntur oua & mala.

Ad XII.

Propositio respicit eandem haeresim, hoc non intellexit

tellexit Erasmus, ait Beda. Imò prologo testatus sum,  
Bedam ubiq̄ connectere Lutherum, Fabrum & Eras-  
mum, ut faciat locū calumniæ. Quum mea propoſitio  
ſit ſententia Pauli, qui magis respicit hærelim Lutheri,  
q̄z Pauli? Sed docet me idē ſenſiſſe. Quid? Opera bo-  
tia nihil cōferre ad ſalutem? Imò nihil in omnibus ſcri-  
ptis meis ago frequentius, q̄z ut prouocem ad pios mo-  
res, nec aliā prædico fidem, q̄z per dilectionē operantē.  
Quir ex his locis innumeris nullum adducit? Dicerpit  
quædam malicioſe, diſſimulans ad illa abunde reſpon-  
ſum eſſe. Nullū, inquam, eſt opus hominis ita bonū,  
ut mereatur præmium uitæ æternæ. An hoc conſentit  
cū eo, nihil referre qualia noſtra ſint opera? Dico opus  
hominis, quota uero portio noſtra eſt in bono opere?  
Et confero hoc opus cum præmio uitæ æternæ, quum  
aio ita bonum. Si noſtra opera æquāt præmium æter-  
næ uitæ, agnoſco errorem. Sin multo ſecus habet res,  
agnoſcat Beda calumniam ſuam. Reuocatur & illud,  
Sola credulitas uia eſt ad immortalitatem. Negat igi-  
tur Beda, fidem oſtium eſſe ſalutis. Et ad hæc quum re-  
ſponderim, impudenter diſſimulat. Quanq̄ ubiq̄ ferè  
Paraphraſis agit de meritis Iudaicis præcedentibus ba-  
ptiſtum, quēadmodum in eo quod citat, Beneficium  
Christi ſoli fidei datur non meritis. Huiusmodi ſen-  
tijs quum undiq̄ ſcateat Paulus, & Petrus, tamen Be-  
da pronūciat hæreticas, nec uſquam aliud uidetur age-

te, quam ut Euangelici spiritus uigorem extinguat suis  
frigidis cauillationibus.

Quum præsidium sit latinis principale auxilium,  
quum in bonis operibus minima pars sit hominis, ta-  
men hæreticum putat, si quis uetet hominem præsidia  
salutis in suis operibus collocare.

Nusquam nego ex bonis operibus ali spem ac fidu-  
ciam, nec usquam doceo post baptismum non esse stu-  
dendum bonis operibus, imò palam execror eos qui  
diuersa docent. Et tamen colligit pariter de Fabro, Lu-  
thero & Erasmo, quasi simul doceamus bona opera  
nihil adferre momenti ad salutem. Quid Lutherus  
aut Faber super his rebus doceat nescio: In meis scio  
nihil esse tale. Verum ut loquamur de operibus chari-  
tatis post baptismum, quis unquam orthodoxus do-  
cuit, nobis spem aut fiduciam esse collocandam in bo-  
nis operibus nostris, quatenus nostra sunt? Quis un-  
quam sanctus hoc ausus est dicere? Ac non potius dis-  
fusus factis suis, confugit ad dei misericordiam? Ne-  
cessaria sunt bona opera, sint, exceptis ut aiunt exci-  
piendis, sed quis in illis ponit salutis fiduciam? Male-  
dictus qui confidit in homine. Et quum hæc tam sto-  
lide deblaterarit, addit atrocem clausulam, clamitans  
non esse tolerandos eiusmodi libros in Ecclesia, tam  
pestiferis refertos erroribus. Imò nihil doceri potest no-

stræ religioni perniciosius, quām operū humanoꝝ  
rūm fiducia, siue loquaris de crassis & ceremonialibus,  
siue de quibuscumque, siue de his quæ præcedunt bapti  
smum, siue de his quæ sequuntur. Et si Christia  
nissimus rex satis pernosset istius Bedæ ingenium, non  
sineret illum suis sycophantijs celebrem illam acade  
miam inficere pariter & dedecorare, sed aliquò in ter  
ras ultimas deportari iuberet. Quod utinam concedat  
ecclesiæ & fidei catholicæ pius & misericors protector  
deus Amen.

Post hæc Beda noster ex censore fit notarius, uel  
quod ipsi magis blanditur, notularius.

Ad dogma quartum quintum & sextum notat,  
quod ex orthodoxorum commentarijs reddens rati  
onem, quare Christus negauerit filium hominis sci  
te diem extremum, aio, ni ita fuisset loquutus, nec con  
solatus fuisset animos suorum, nec sciscitandi studium  
compescuisset.

Hic Beda conatur docere, me significasse quod  
Christus non potuerit suos alio modo uel compesce  
re uel consolari. Hoc obijci potest omnibus qui ex  
plicant rationem humanæ dispensationis Christi. Ni  
si quis renatus fuerit, &cætera. clamet hic quoque, an  
deus non potuit alium aditum patefacere in regnum  
coelorum? Non disputamus miserande Beda, quid po  
tuerit deus, sed quid illi dispensationi congruerit, non  
comy

cōpescuisset, nō cōsolatus fuissest tali sermone, iuxta rationem destinati consiliij. Alia calumnia: si hoc uoluisset Christus quod diuino, dixisset ex animo uerba discipulis, unde certo colligerent eum non esse deum. Imō hoc congruebat illi dispensationi, ut discipuli multa ueluti per somnium intelligerent, nec intelligerēt, & Christus sciebat illos nō intellecturos quod dicebat. Iam si hinc certo colligi poterat non esse deum, multo magis illinc colligi poterat, quōd esurīt, quōd delassatus est, quōd indoluit, quōd mortuus est. Postremo suspicari poterant, quod diuina natura nondum reuelarit humanæ diem illum. Hoc mihi tamen ex superfluo dicitur, quā nihil simile sentiam, Quæso lector, nonne uides bellas notulas?

Post hæc mire destomachatur, mihiç̄ letheū somnū obijcit, sed adeo ridicule, ut uix referre libeat. Et si maxime libeat, nō satis intelligo quid sibi uelit. Si paraphasis, inquam, mea sic Christum fecisset loquētem, Scio quidē sed uobis nescio &c. Quid enim, inquit Beda, confert apostolis, quorum animæ cœlum feliciter intrarunt ante annos quadringentos supra mille, Erasmica paraphrasis? Atç̄ hic mire gestit noster morio, cōtrā stupet, dormit altum, despit, deprehensus est Erasmus, nec diuinare possum quid homini acciderit, nisi quod suspicor hoc illum male habere, quōd hodie paraphrasis, id est, Erasmus ipse (sic enim interpretatur Beda) sollicitus

licitus est, ne apostoli fraudentur consolatione, quum nunc in cœlis agentes, nulla egeant consolatione. Quo quid unq̄ stultius dixit Calietus aut Nagus? In paraphrasi explicò sententiam Christi Petrum increpantis, uade retro satanas &c. Quirū hic itidem non exclamat, indignum facinus, Erasmus reprehendit Petrum in cœlo cum Christo regnante. Adeo miser non intelligit, quid sit personæ ratio. Idem dico in paraphrasi quod Chrysostomus in cōmentario. Ille pie dixit, ego insatio, o theologum, o censorem, o syndicum, o Bedam. Ad dogma septimū, Beda omnino uult nos regerere malū, hoc est, iniuriam iniuria punitare. Nam iusticia qua magistratus legitime punit nocentem, nō est malum sed bonum, nec iniuria sed ius, & Notularius manifesto falsum colligit, me ius armorum in totum excusare Christianis. Atq; sic agit hic Beda, quasi duriciæ Iudæorum non aliqua permitta sint, quæ nobis non conceduntur, ueluti remedium zelotypiæ, ac diuortium leuibus etiam de causis. Aut quasi nullum sit odium, nisi quod optat alteri sempiternū exitium. Nam hoc odio uidetur potissimum laborare Beda, ad cuius intellectum prauum, multa perperam dicimus.

Rursus mouet rixam, quòd animam dixi pro uita corporis, & uult uideri me tam insanum, ut existimem Christi animam, hoc est, substantiam animæ uel interisse morte, uel in æternum damnatam. Si frequenter scripsi

ptura ponit animam pro uita corporis, quur Erasmus  
ignoranter loquutus est: Imò si dominus in eadem sen-  
tentia bis animam nominans, priore loco sentit de ui-  
ta corporis, posteriore de salute spiritus, ut, q̄ dilexerit  
animam suam perdet, qui perdiderit, inueniet, quur mi-  
hi impingit calumniā quæ recidit in Christū: Et hic est,  
qui negat se iam olim uel in leuioribus rebus desijſſe  
mentiri, quū huius generis innumera effundat. Vide-  
tur autem sentire, leuius esse mentiri in rebus maximis  
q̄ in minimis. O cœlū ô terra, ô maria Neptuni. Era-  
smus falsi crimē cōmisit in Bedam. In sacra censura Be-  
da, amanuensis aut typographus omisit aduerbiū, gra-  
tis. Quoties tale crimē in meis admisit Beda? Sed qd te-  
fert omnissum esse in censura, quū tota respōſione nihil  
aliud audias q̄ gratis? Verū nescio in quem stōmache-  
tur. Certe in meis suppurationibus additur gratis. Liti-  
gat opinor cū libello qdā anonymo, Repetit q̄ callidis-  
sima dicēdi arte, faueā abolēdis festis, canonicis ieunījs,  
religionis uotis, formis uestiū, ac ciborū delectui. Imò  
hoc impudentissime mentitur Beda. Et hic rursus expa-  
tiat debacchās in alienū institutū, de quo iudicat, quū  
non intelligat rei circūstantias, simul iniuriā faciens illi,  
cuius est irrefragabilis autoritas q̄ties pro ipso facit; &  
iudicans de aliena cōscientia, quod sibi deus reseruatū  
uoluit. Neq; raro nobis occinit illud Bernardi, sed suis  
uerbis ob inopiam memoriae: Nō placet deo quicquid  
obtuleris, neglecto eo ad quod teneris. Ergo si Beda ui-

deret hominē de uita periclitantē, sineret illū interire, & diceret preces uespertinas. Sic enim argumētatur, quasi solū hoc debeatur spiritui sancto, quod humanis cōstitutionibus præscriptū est, charismata meliora, non spe cōtēt ad spiritū sanctū. Multa itē suo iure mētitur, quod improbē ordines religiosorū, quū multos cōfirmarim uacillantes. Sed hac de re breui respōsurus sum accura-  
tius, quādo ita uult. Interim precor ut dñi misericordia liberet ipsum isto spiritu sycophantico, & ad oēm mali ciam inflāmato. Prætero nugas aliquot plusq; pueri-  
les. Arrodit denuo, de qnq; uiris & sexto Samaritanæ, quos ideo negāui uiros, quod eos licet in matrimonio,  
tamen ad libidinem habuerit. Atqui hōc docet Tertul-  
lianus in libello de monogamia, & idem ni fallor, affir-  
mat Hieronymus. Certe pbabilis est sententia. Nec Be-  
da potest docere contrariū, præsertim quū in scripturis  
uir pro legitimo marito usurpetur, non pro amatore.

Assert. 7. Quū toties declararim, in paraphrasi me loq;  
de opibus baptismū præcedētibus, tñ Beda dissimulat  
ut sit locus calūniae. Dissimulat item quod docui, sola,  
frequenter usurpari pro præcipua. Assert. 8. Quū lo-  
quar de testimonij declaratiōe, Beda interpretat̄ de sim-  
plicitate essentiæ. An non potuit patris testimonium,  
sive Beda mālit testificatio, innotescere sine filij testi-  
monio? Tum enim filium multi non credebant. Ju-  
dæos illos crassiores, filium & spiritum sanctum aut

ignorasse, aut per nebulam intellexisse, non mea est assertio, sed orthodoxorum ueterum.

Assertio 9. Imò Augustinus ubiq; defendit, Pharaonem non potuisse non peccare, quod ad ipsum attinebat, & tamen non fuisse innocuum. Nec statim innocens est, qui sua cupiditate uictus peccat. Quisquis peccat, iuxta Augustinū hactenus libere agit, quia sua uolunta te peccat, hactenus non libere, quia peruersam uoluntatem non potest ex se mutare.

Assertio 11. Angelos propter hominem creatos manifeste docet. Paulus, appellans eos ministratorios spiritus. Nec dubito an angelus sit perfectior homine secundum naturam, ut nigratur Beda, sed an simpliciter sit perfectior, quod dissimulat Beda. Certe beatam uitginem credimus angelis perfectiorem. Porro quod me significo summum theologorum, Beda summa ut sol, mentis impudētia. Nihil tracto in theologia quod à grammatico tractari non posset. Quandoquidem & Badius scripsit in epistolas Pauli, sequutus nescio quē obscurum, mihi non licet ex probatissimis ecclesiæ doctribus concinnare paraphrases.

Assertio 12. Quid faciam isti lebeti Dodonæo, semper eadem recineti. Christus dedocuit delectū ciborum, & eum delectū reuocare nō erat fas apostolorum temporibus. Hæc nihil ad cōstitutiones Francisci ac Benedicti.

Assertio 13. Beda interpretatur imputat pro expōbrat:

brat. Exprobrat ad pœnitentiam, sed non imputat ad hoc, quo minus baptizentur æque atq; Iudæi. Hoc me sentire, sermonis mei tenor indicat.

**Assertio 14.** Qui infirmitate lapsus peccatum suum agnoscit, uidelicet pœnitens, iam incipit habere bonam conscientiam. Sed quoniam ex numeris à Beda notatis nihil potui inuenire, multa cogor omittere.

**Assertio 15.** An Græci recte faciant uiderint alij, certe hoc hodie faciunt, & sacerdotum continentiae sic faueo, ut uehementer doleam apud illos esse tantum in continentiae. Verum ut nunc sunt res, dubitari potest, utrum minus sit mali sacerdotibus cōcedere coniugium, an pati tam impurum cœlibatum, nec tamē loquor de consecratis, sed consecrandis.

**Assertio 1** ex libris suppurationū. Meras nugas adfert, ostēdi uerū esse quod dixi, docui titulū in libris additū nō cogere nos, docui nullo concilio hoc fuisse decretū.

**Assertio 2.** Nugas agit, & abunde respondi multis locis. Belle sequitur, expositio scripturæ peti debet à doctis, ergo non est fas laicis euoluere sacros libros. Sic ratiocinatur Beda qui detritus est in dialectica.

**Assertio 3.** Nihil agit, nec respondet ad ea, quæ diximus in suppurationibus. Nec me dixi nō credere, quod deprauat notularius, sed dubitare.

**Assertio 4.** Hic præter calumniam maliciosa, nihil est.

**Assertio 5.** Mera cauillatio est.

Assert. 6. 7. 8. 9. Abunde responsum est, quum alijs locis, tum in annotationibus i. Corin. 7.

Assert. 10. 11. 12. suo more mentitur Beda, quod cōpluribus locis testor in meis litteris. Christus uoluit suos esse perfectos, & inter perfectos non est opus iureiurando. Nec usq̄ dico peccare quisquis iurat, sed à malo p̄fici sci, sicubi necessarium est iuslurandum.

Assert. 13. Quod carpit Beda, retulit episcopus Roffensis, Hieronymum ni fallor sequutus. Nec alterum sensum nego,

Assert. 18. Meras blaterat calumnias. Quin omnibus deus imparit uoluntatē cōtinentia? & quotūdā uoluntatem aliqua de causa destituit. Quis dixit Paulo non præsto fuisse gratiam ad continentia? Imò s̄epius doceo Paulum non fuisse tentatum libidinis stimulis, sed hactenus non fuit præsto, quia non impetravit quod orabat.

Assert. 19. 20. Ut omittam alias Bedæ nænias, uide insigniter impudentem calumniā. Paulus scripsit, Volo omnes esse sicut ego sum, & aio quosdā putasse, Paulo fuisse uxore, ergo, inquit, uolebat om̄es esse cōiugatos. Sterquiliniū. Paulus si habebat uxorem, abstinebat ab usu cōiugij. Hactenus uolebat oēs sui similes esse. Et hic est ille qui nihil metitur, nihil calumniatur, sed fraterna charitate facit omnia.

Assert.

Assert. 21. 22. nihil est responsione dignum. Calumnia-  
tur & mentitur Beda suo iure, suoq; more.

Assertio 23. Mira sed non noua Bedæ impudentia.  
Dixi primos scripturarū interpres latinos ex Græcis  
haussisse quæ disserebant, ueluti, Cyprianus, Tertullianus,  
Hieronymus, Ambrosius & Augustinus, & Beda.  
sic interpretatur, quasi contemnam omnes theologos,  
qui Græce nesciunt. Scripsit hac de re Latomus, ue-  
rum, sed respondi.

Assertio 24. Quod dubitarim unquam cum Eluidio  
de puritate uitæ beatæ virginis, quod attinet ad pecca-  
tum, suo more mentitur Beda. Nunquam mihi ea co-  
gitatio uenit in mentem. Si impius est qui de conce-  
ptione illius dubitat, magis impij sunt veteres ortho-  
doxi, qui laudis hoc uni Christo tribuunt. Nec locum  
opinor ita à me positum, pro quo animo, refert quo-  
modo, nec numerus illius indicat mihi suum locum,  
fortasse corruptus. Quanquam hic quoq; dissimulata  
responsione mea, repetit calumniam.

Assert. 25. 26. Meras nugas agit. In concilijs nusquam  
præcipitur hanc epistolam habendam pro Pauli, ita  
ut qui dubitet de autore sapiat hæresim. Alioqui me-  
cum oporter accusat Hieronymum & Augustinum,  
quos doceo de autore dubitasse post Nicænum con-  
cilium, & fortasse Carthaginense.

Assertio 27. 28. Nihil habent responsione dignum.

Assert. 29

Assertio 29. Ego fateor me dubitare, doceat Beda quod ad plenū intellexerit mysteriū diuinæ naturæ humanæ unitæ. Quod autem hominem posui pro humana natura, si blasphemū est, imputet Augustino, cæterisq; orthodoxis q; nobis sic loquuntur, imputet ecclesiæ quæ sic canit. Quid opus erat hac cauillatione?

Assertio 30. Merū est nugamentū. Assumit, quod Ioseph perfecte nouerit Christū esse deū & hominē, assument quod patriarchæ timuerint semp suis ne abuterentur. Et indicaui quomodo potuerit illi bene precari sine iniuria diuinitatis, quēadmodū deo precantes dicimus gloria tibi dñe. Deniq; stultam differētiā, benedixit illi, & benedixit illum, refelli, quam tamen repetit Beda dissimulans quid responderim.

Assertio 31. 32. 33. 34. Dixeram, an euidenter cognouerit, Beda sic ratiocinatur, quasi dubitē an ullo modo cognouerit. Deinde quod aio, probabile esse beatā virginem curā egisse sui infantuli, more cæterarū matrum, quod etiamsi sciebat esse deū, dubitare tñ poterat, quādo aut quomodo uellet diuinitatē suam proferre: quid habet hic Beda quod calumnietur?

Assertio 35. Ad hāc abunde respōdi. Quod obediētia nō est, nisi ubi est maior & minor, falsum est, potest emfieri ut præceptor obediāt discipulo, aut amicus amico. Verbum debendi non est in scriptis meis. Pater iubet, filius exequit̄, fiat lux, & facta est. Nec hāc iussio tollit aequali

æqualitatē naturæ, sed indicat originis principalitatē.  
**Assertio 35.** Assumit quod autor & causa idem ua-  
leant apud latinos: Id falsum esse docui. Iubet me loq  
more patrū, sic loquutus est Hilarius in libris de trinitā  
te, multis locis. Si pater creat per filiū, omnia per ipsum  
facta sunt, relatio quædam est inter principium man-  
dans, & inter filium exequentem.

**Assert. 37. 38. 39.** Mentitur hic Beda, idq; suo more,  
me cōferre instituta monachorum, aut regulas Benedi-  
cti, Francisci, & Augustini cū idololatrijs, tantum noto  
abusum huius uocis religiones, multitudinis numero,  
quæ apud priscos nō reperiebat, ut declararet instituta  
uaria Christianorū. Deinde quodd negant alios religio-  
sos esse, qui monachismum non sunt professi. Ut nihil  
pudet hunc furiosum rabulam.

**Assert. 40. 41. 42. 43.** Qm̄ nihil habēt, nisi rabiosam cū  
sūma uanitate maledicentiā, non est quod respondeā.

**Assert. 44. 45. 46.** Nihil adfert responsione dignū.

**Assertio 47.** De charitatis & fidei comparatione nūc  
nō dispu-to. Paulus illic nō affirmat, sed docendi gratia  
singit fidē absq; charitate, & charitatē appellat, nō quā  
libet, sed eam proprie quæ inseruit cōmodis proximi.  
Ego fidem uiuā, & quoties datur facultas per dilectio-  
nē operantē, conseruo cū ipsis operibus. Beda cōfert fidē  
mortuā cū charitate. Porro quod dixi, fide sola iustifica-  
ri qui ueniūt ad baptismū, iusticiā quā ego uoco inno-  
centiā remissis peccatis, ille detorquet calumniose ad of-

ficia pietatis, quæ tota uita præstanda sunt.

Assert. 48. Si de patre filio & spiritu sancto recte dūcimus sunt, quod in Ioanne legimus, tres sunt qui testimonium dant in cœlo, itidem licebit de patre & filio dicere, duo sunt. Agit enim dominus ex legis præscripto, in ore duorum uel trium testium stat omne uerbum, quum ait, ego de me ipso testimonium perhibeo, & testimonium perhibet de me pater. Non enim congruit collectio, nisi aliquomodo liceat dicere duos testes. Iam durum est nobis præscribere, ne quibus uerbis utamur nisi compertis in diuinis uoluminibus, præsertim quum theologi recentiores tot uerbis ex philosophia cōfictis abutantur: sed caute addidit, quæ non recipit schola, quasi sit una theologorum schola, aut quasi scholæ nunquam errent. Quanquam ego nō dixeram, duo testes sumus, sed duo sumus, ut responderet in ore duorum uel trium testium: nec erat causa quur Beda torqueret ad calumniam, quasi duo posuerim neutro genere, ubicunque tres sunt, ibi unus est, & duo. Iam sunt theologi scholastici, qui putant has propositiones, tres sapientes, tres omnipotentes, non esse impias, de rigore sermonis, sicut impiae non sunt, tres sapiunt, & tres omnia possunt, modo intelligamus esse tres personas, quarum unaquæq; sapiat, sed eadem sapientia. Cæterum quod pro testimonium dant, dixi tres testificantur, nescio quid sibi uelit Beda, Ioannes Graece scripsit, tres testificantes. Ad hanc

AD NOTVLAS BEDAE RESPONSIOS<sup>VS</sup>

hanc calumniam quum accurate responderim, Beda  
nugatur quasi nihil sit responsum. Nec aliud illi super/  
est, quod calumnietur, nisi quòd, duo sunt, de personis  
diuinis, nusq; est in scripturis diuinis. Sed ubi est in scri/  
ptura, quod nobis ex Thoma recinit, cuius rythmis ui/  
detur mire delectari. Nulla rei sit scissura, signi tantum  
sit fractura.

Assertio 50. admisceret de iejunio, cuius non memini.  
De constitutionibus hominum non loquor, nec un/  
quam eos defendi qui temere uescuntur, aut bibunt,  
aut uestiuntur, contra probatas hominum constitu/  
tiones: quod de Christo dixi, uerissimum est: & quòd  
his rebus apud multos plus satis tribuitur, uerissi/  
mum est.

Assertio 51. De uoce calumnia est, quanquam hæc  
narratio non est simplex, sed metaphoris inuoluta,  
quomodo prouerbia Salomonis uocamus parabolas.  
Pios autem dixi nescire sua opera, non quèd ignora/  
rent, sed quòd non iactarent. Nec enim illis uerbis  
res agetur, sed ita proponitur ad exemplum mode/  
stia. Quid est quod hic homo non trahat in calu/  
mniam?

Assert. 52. Abeat Beda cum suis Beguardis & Beguinis  
in rem suam, de quorum dogmate nunquam somnia/  
ui. Imò exposui uerba Pauli, quemadmodum expo/  
nunt orthodoxi, eos esse sub lege, qui metu abstinent

ā peccando: pios & spiritu Christi afflatos, ad eum mō-  
dū nō esse sub lege, sed sponte facere plusq; lex exigit.  
Assertio 53. Hic nihil adfert præter rabiosa cōuicia, quū  
satis explanarim quid sentiā, in q; nō meū somniū, sed  
Paulū & ueteres orthodoxos interptes sum sequutus.  
Assertio 54. Simpliciter debet p q soluto nulla haben-  
da est gratia. Et sic deberi uitā æternā docet nos Beda.  
Deinde si utrūq; uerū est, & gratiā esse uitam æternā, &  
mercedē, quur alterū iuxta Pauli locū explicantem pa-  
raphrasū reprehēdit. An ubi Paulus appellat gratiā, ibi  
Paulo cōtradicens inducerē præmij debiti mentionēt.  
Deus hic iustus dicitur nō q; psoluat debita, sed quod  
præstet promissa: & si quādo debere dicitur, idēo dicit,  
quia debet ex promisso suo, non ex merito nostro: tū  
quod Paulus aliquando uocat mercedē, intelligēdum  
est iuxta sensum diui Augustini, quod deus sua dona  
coronat in nobis.

Assertio 55. Nusq; Beda magis declarat insignē men-  
tiendi impudentiam q; hic. Ne hic cōmemorem oīnia,  
ubi doceo, dei matrem cōceptam in peccato, ubi uitā  
fuisse inquinatam peccato. Imō diuersam opinionē, ut  
magis piam præfero. Vbi probatos ordines, paganorū  
idolatrijs confero. Sed homo simpliciter fuit. Dñs Ie-  
sus qui solet profligare dæmonia, sanet animam istius  
misere laborantem. Respōdens Fabro, dixi. Christum  
iuxta naturam assumptam, longe infra angelos fuisse,  
non simpliciter, sed quatenus erat obnoxius. & corpo-  
ris &

ris & animi doloribus ac morti. Verum hic loquutus sum de natura humana quā habet in cœlis. Hoc satis indicō quū aio Christū in cœlis. Habet & nunc naturā humanam opinor, & hāc quā nunc habet postponere angelis, durum uidetur auribus meis. Et hoc docuit Be da, qui putat virginem matrem etiamnum imperare filio cū patre regnanti, & utiuersum orbem gubernanti. Eat nunc Beda, & intonet hic sexcentis conuicijs.

**Assertio 56.** Ad hāc plus milies respondi, nec aliud hic Beda cū furit, magis egens exorcista cū refutatore.

**Assertio 57.** Beda ut solet usq; seipsum superat. Nego apostolorum tempore fuisse præscriptū ciborū delectum, & Beda furit quasi negarim apostolos, uel ieiunasse, uel à cibis lauatoribus interdū abstinuisse. Timo theus, inquit, bibebat aquam, uerū ex suo affectu non ex præscripto, sed ex præscripto Pauli bibebat uinum. Imò usq; ad ætatem Augustini apparet nullum cibi genus fuisse uetitum, ecclesiæ dūtaxat autoritate. Miror neminem hunc hominem fideli medico cōmittere.

**Assertio 58.** Quum nūscū nō deliret Beda, hic ipsam superat deliratiōnē. Negat uafrum dici in bonam partem, quū de Horatio dictum sit in laudē. Omne uafer uitium &c. Qui nouit simulare ac dissimulare, uafer est. Id fieri potest, & solet, etiā in optimam partē. Nunc addo pia uafricies, ut etiā si dixissem pia fraus, pia superbia, nihil futurū fuerit offēdiculi. Et ipse Paulus, dicit se fieri omnia omnibus. Sed uafrī nomē nō inuenitur in litteris

ris sacrī: dicat nobis Bēda, ubi legat in litteris sacrīs, ho  
mīnē debere salutis præsidia ponere in suis opībus, aut  
uitā æternā simplicitet deberi pījs? Deinde putat hære  
ticū, quod Hieronymus narrat, aræ titulum fuisse, dījs  
Asiæ Europæ & Africæ, dījs ignotis: & suspicat̄ hoc à  
falsarijs admixtū Hieronymi cōmētarījs, aut Hierony-  
mū post aliud sensisse. Ut & argumēto cōiecturali: si  
Paulus, inquit, secus narrasset titulū q̄z habebat, clamas-  
sent Atheniēses, mētiris, Omnino id fecissent, si fuissent  
Bēdae similes. Imò nō deerant apud ueteres, qui sciebāt  
unū esse deū, sed eū uarijs coli nominibus, & ubi multi  
sunt dīj, ibi intelligit̄ unus. Nihil igit̄ est hic mēdaciō, si  
p̄ dījs dixit deo. Sed nō egebat, inqt̄, Paulus hoc argu-  
mēto ad prædicādū Christū. Sed hoc dicit Hieron. q̄  
forte cōspectū titulū uerterit in argumētū euāgelij, p̄ dī-  
cādi: & hæc est optima ratio, ex his quæ iā p̄suasa sunt,  
ducere auditorē in cognitionē cæterorū. furiosa sūt igit̄  
om̄ia quæ Bēda hic blaterat de mēdaciō in sacrīs litte-  
ris. Portò q̄ apli initio nō p̄tinus nec apud q̄s uis præ-  
dicarint Christū esse deū, indicat̄ om̄ies orthodoxi uete-  
res, & res ipsa declarat. Et falsum est quod ait Bēda, quū  
Paulus diceret se p̄dicare deū ignotū, exp̄resisse Chri-  
stum esse deum, quū id annotatū sit ab orthodoxis, q̄  
in ea cōcione, Christū appelleat uirū. Sed deū absolute  
nominauit. Hic si uelim commorari, quanta patet di-  
cendi sylua. Sed harum næniarum iam me piget.  
Assert. 59. Nullū uidi Græcū codicē, in quo nō habeat,

fran-

frangit, & hoc interpretatur orthodoxi ueteres, & ostē  
di, frangēdi uerbū sonare distributionē cōsecreti corpo  
ris, nō distractionē. Ea uox habet apud Paulū i. Cor. 10.  
Panis quē frangimus. Rursum xi. qđ pro uobisfrangit  
Atq; ita legit Ambrosius, & fortassis alij plurimi: neq;  
eīm uerisimile est Ambrosiū secus legisse qđ tū legebat  
ecclesia Romana. Nec dāno alterā lectiōne, nec eā rado  
ē libris latinis, tantū inqro unde nata sit uarietas lectio  
nis. Quid igitur hic stomachatur Beda noster?

Affer. 50. Furiose debacchat, quod nouū testamentū  
explanauerim stilo paulo puriore, qđ solent qdā. Atq;  
Basilius, Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus. Hie  
ronymus, multo eloquētius tractarunt sacros libros qđ  
ego uel fecerim uel possim. Et tñ in paraphrasibus non  
parū deieci stilū meū ad simplicitatē Christianā. Quòd  
si credit mea paraphras mutatum sermonē scripturæ,  
multum delirat, quū extet & legatur ab omnibus uetus  
æditio, in columnis & integra. & si illa non extaret, extant  
Græcorū codices. Post hæc nescio qs suppeditauit syco  
phantæ nostro locos aliquot, sed ita ut facile non sit ubi  
sint, & fortasse deprauauit ut solet mea uerba. Quā ob  
rē trāsiliā quædā, & alioq; friuola nec semel diluta. Quū  
ab orthodoxis traditū sit, euāgeliū secūdū Marcū Petri  
autoritate Marci ministerio traditū, dico religionē Chri  
stianā nō protinus ruiturā, si quis malit appellare euā  
geliū Petri q̄ Marci. Beda putat totā ecclesiā corruiturā,  
& in me clamat, quasi qui titulum mutet, mutet totam  
scripturā. Nec loquor de lectiōne ecclesiastica publica,

sed de quacumq[ue]. Quod Paulus, ne offendat Iudeos, alii quoties aliter loquitur c[on]tra sentit, non metiens, ut interpretatur Beda, sed reticens quaedam, & nonnulla blandius proponens quod merentur, a Chrysostomo saepe notatum est. Hoc non est autoritate scripturar[um] detrahere, sed ostendere prudentiam ac mansuetudinem apostolicam, quarum neutra agnosces in Beda, sed summa stultitiam cum pari ferocia coniunctam. Sic argumentatur, si Christus tradidit claves corpori Christi, hoc est ecclesia, igitur non tradidit Pontifici Romano. Sed ad hoc responsum est toties. An ecclesia receperit oemus libros autoritate pari, mihi nondum constat, nec est uerisimile. Bedae nihil refert, quia sicut apparet nunquam attente legit scripturam sacram, occupatus quaestiuculis & resumptis. Ecclesia, inquit, recitat. Eadem recitat legendas sanctorum, quibus non teneor per omnia credere: recitat historiam Susanna, & in euangelio adulterae de phenax, quae veteres, in quibus Hieronymus, putabat apocrypha. Neque tamen statim falsum est, quod est apocryphum. Quando desinet nobis delirare Beda: In annotationibus aio, diuini Hieronymi indicasse, ultimum Marci cap. in omnibus penitus Graecorum libris in fine poni uelut adiectitum. Addo eudem Hieronymi indicare, coronidem, cuius initium. Postea cum accubuisserunt undecim &c. & illi satisfaciebant dicentes, seculum istud iniqtatis &c. haberi in nonnullis Graecorum exemplaribus. Beda clamat coronidem hanc legi in templis. Sed ipsa res reclamat Bedae in os, si tamen quicquam habet oris. Nuscum enim legitur, nec habet uel

uel apud græcos uel apud latinos, excepto initio. Hoc quū admoneat Hieronymus, quid mecum rixatur Beda? Sed initium hodie legit, quur hoc negas haberi? Retulit si cut retulit Hieronymus, nec est obscurum quare sic retulerit, ut indicaret quibus uerbis esset attexta coronis.

Quoniā aut illā coronidē alibi citat ex euāgelio Nazareorū, dico suspicari me illic esse decerptā. Eat nūc Beda & dānet quod nō intelligit. Pari rabie carpit, q̄ in præfatione in Hilariū scripti, audemus spūm sanctū deū uocare, q̄si temeritatis sit hoc facere. Est ergo temeritatis q̄ in sacro canimus, & diuina institutione formati audemus dicere. Imd illic narro ueterū religionē, qui uerban̄ spūm sanctum pronuntiare deū, quod nos non ueremur edocti magisterio ecclesiæ. Euge Beda non te horū pudet? Quid aut pudeat Beda? Et hoc dictū qd̄ non intelligit, appellat blasphemū, quū tñ ædito libello responderim illi stolidissimæ caluniæ, quā prædicant à Leo profectā. Alicubi scribo, Arianorū error, factio schismac̄ uerius erat q̄ hæresis, q̄ aduersarij numero propè pares erāt, eloquētia doctrinac̄ superiores. Hoc quū nō intelligat Beda, quid enim intelligat: ait me nēgare, Arianorū opinionē de inæqualitate psonarū esse hæresim: atq̄ ita tractat rē quasi dicam eā opinionē nūc nō esse hæreticā, quū agam de illo tempore, quo feruebat illa disputatio, quū q̄ mundus nutaret utrō se inclinaret, quū Augustus, Augusta & Pontifex Romanus faueret illi

illi sectæ, quū res armis ageretur potiusq; argumētis, tū, tū inq; infelix Beda, factio erat magis q; hæresis: hæresis enim opinionibus cōstat, schisma studijs: & tamen erat utrūq; perinde quasi dicat aliquis, Beda stupidus est potiusq; malus, sentiēs illū utrūq; esse, sed plus habere stupiditatis q; malitiæ. Nūc hæresis nō est, quia nulli sunt Ariani. Nec enim hæresis error est, ut somniant Beda, sed multorū cōsensus in dogmatib. aut instituto quopiā ab alijs diuerso. Dogma uero impiū, qs nūc nō execraf: Et tñ in hisip̄is uerbis q; citat impudēs dicit error, qs aut̄ fauet errori: Iā in scholijs, q; addo dialogo Hieronymi in Luciferianos, exponēs uerū deū, adiūcio, hoc est à nullo creatus, quū filius creatus sit à patre iuxta Arianos, & spiritus sanctus sit creatus à creato filio. Hic ita colligit bipedium stupidissimus Beda: Erasmus dixit schisma uerius esse quam hæresim, & hic recitat dogma nec refellit, uide an non assentiatur Ariani. O detestandum caput. Expono scholio dictionem uerū, non illic dispuo contra Arianos, & quum dico iuxta Arianos, nōne satis refello? Veluti si quis dicat, iuxta Manichæos, sunt duo principia, alterum bonum, alterum malum. Sed non appellas hæresim, inquit. Legat argumētum in eundem dialogum. Sic incipit. Nulla hæresis grauius afflixit totius orbis Ecclesiās q; Arianorum. Et aliquanto post, Qui busdam palam Arianam hæresim uti catholicam defendentibus: & mox, de hæresi Arianorū disputari cœptū. Hic

Hic in eodem argumento, tum alias innumeris locis ex-  
ecor Arianorum hæresim, ac plus ducentis locis, dilatide  
expedita, uiuide, trado catholicā sententiam de trium per-  
sonarum eadem natura, & libello ædito respondi stoli-  
dissimæ calumniæ, quam ut dixi, scribunt à Leo profe-  
ctam in Hispania. Nec hæc nescit Beda, quum in suis cē-  
suris admonitus sit, me hic sentire catholice, Verū hunc  
unum locum ad Bedam detulerunt magistelli, præterea  
nullum. Quid autem insanius, quām scribere tam odio/  
se aduersus hominem, cuius libros non uiderit? Tribui  
Arianis eloquentiam & doctrinam. Eloquentia, in-  
quit, ferè suit omnium heresiarcharum, quum pauci hæ-  
retici fuerint eloquentes, uelut, Eluidius, Iouinia nus,  
Petilianus, Faustus, Vigilantius, Beguardi, Vuicenus,  
Ioannes Hus: Ecclesiæ protectores ferè omnes eloquen-  
tissimi. Doctrina uero philosophiæ duxit Arianos in er-  
torem, Beda pro doctrina supponit prudentiam & sa-  
pientiam. Eat nūc Beda, & iactet se nihil mentiri, nihil p  
calūniam obijcere, sed zelo fidei cūcta synceriter agere, sic  
subide se cōfert Augustino, q acriter scripsit in hæreticos  
Imō nūc Augustinus sic furit in Donatistas plusq hæ-  
reticos, quemadmodū Beda in suæ professiōis hominē,  
à quo nūc antea fuerat lœsus. Augustinus frequenter  
illos molliter tractat ut reuocet. Nec cū deploratiſſ. agit  
mēdacijs, calūnijs ac depravationibus, quēadmodū hic  
agit ubiqz. Interim subinde fingit se cupidū mēx salutis.

r 2 Abi

Abi cū tuis fucis infelix hypocrita, om̄ia tua scripta nihil  
aliud spirat q̄ mentē odio lymphatā, nec ullius rei ma-  
gis cupidū, q̄ ut Erasmū in Lutherana castra ppellat,  
Sed absit, ut ego propter unū portentū, cerebrosum, im-  
potēs, stupidū, delirū ac demēs, faciā animæ meæ iactu-  
rā. Vtinā resipiscat & agnoscat qualē seipsum uniuerso  
mundo depingat Sed uentū est ad epistolas. Egre-  
giū scilicet Theologicæ civilitatis exemplū, euulgare litte-  
ras priuatim scriptas. Opinor futurū, ut tandem ædat &  
amatorias ad Bertas & Archerias. Quanq̄ in his quoq̄  
sui similis est, omittit prolixā, in qua depictū est cerebro  
si Theologi exéplar. In cæteris addidit ac detraxit, quæ li-  
buit. Vbi primū dederā ad Bedam litteras, statim obiur-  
gatus sum amicorū litteris, q̄ talē mouerē Anagyrim: so-  
re enim, ut siue scriberē humanius, siue secus, intumesce-  
ret Bedæ θυμὸς ἀγνῶση. Si ecclesia talibus nitit Atlā-  
tibus, tēpus est ut illi scribatur epicediū. Nō patrocinor  
his qui sub euāgelij prætextu seruiunt carni, nihil est mi-  
hi cū Lutheri dogmatib. illud in cōfesso est, Lutheri do-  
ctrinā propius accedere ad germanā illam ac spiritalem  
Christi philosophiā, q̄ accedat Bedæ Theologia: loquor  
de libris quos in me scribit, nā cæteros nec legi, nec quo  
autore proditi sunt scio. Quid em̄ aliud molit q̄ ut ma-  
gni sīat cōstitutiones hominū, adoratiōes statuarū, dele-  
ctus ciborū, discrimina uestiū, fiducia humanorū operū,  
pœnosa hebdomada, scholasticæ de uocibus cauillati-  
ones,

ones, quanqz ego nihil horu dano, nisi uel immodice si-  
ant uel superstitiose. De uigore pietatis Euagelicæ, aut ni-  
hil dicit, aut ita frigide loquitf, ut facile sentias no ex ani-  
mo loqui. Debemus inquit fiducia ponere in deo, sed no  
solo, quin imo & alijs medijs necessarijs, præcipue bonis  
operibus nostris. Ut ægre, ut frigide fassus est fiducia in  
deo collocanda, in cæteris mire uehemens. Quid aut ha-  
bet huius scripta, nisi malicioſas de uerbis cauillatiōes, &  
hoc existimat esse palmarū illius Theologiæ, quā sub/  
ſindicatione doceri no Lutetiae, quum ait, Latomus hic  
Theologiā doctus est. Nihil est tā recte dictū, quod no  
detorqueat ad calūniam. Et interim numerat suos arti-  
culos, si superis placet. At istiusmodi articulorū pollicetur  
me collecturū ex probatissimis ecclesiæ doctoribus intra  
paucos dies quinqz milia, atqz adeo si libet ex libris ma-  
xime diuinis. Quid enim sanctius precatiōe dominica?  
Hic, si libet, aga Bedā. Pater, ò, spectat hæresim Arianā  
quasi solus pater ut uerus deus sit orādus, quū de filio &  
spū sancto nulla fiat metio. Itē Lutheranā, quasi fas non  
sit adorare sanctos. Noster: periculū ne qs putet discipu-  
los natura esse filios dei quēadmodū fuit Christus. De-  
bebant sic orare, pater noster adoptione, no natura. Qui  
es in cœlis. Blasphemiae proximū, quasi deus definitiue  
aut circūscriptiue sit in loco, quū natura diuia no magis  
sit i uno qz in alio. Sanctificet nomē tr. No bene sonat, qa  
uidentf contēnere gloriā sanctorū. Adueniat regnū tuū:

piculose dictū, uide adimere principib. regnū: & utroq; sermone, significatur homines bene precari deo , deinde dei gloriā & regnū tēpore mutari. Fiat uolūtas tua. De⁹ seruet ecclesiā suā. Voluntas dei est ipsa diuina essentia, in quā nō cadit uerbū, fieri. Quicquid enim fit, aliquādo nō sūit. Augustinus de uerbis dñi in Ioāne homilia 1. dicit, q[uod] uerbū illud æternū, de quo loantes, In principio erat uerbū, nulli⁹ est pretij. Qua uoce q[uod]dici potest magis blasphemū? Trita uestis inuenit emptorē, & est alius cuius pretij, si uel asse uēdat, & uerbū illud deus de deo nullius est pretij. Rides lector? Quis non rideat. Tales sunt ferè Bedæ sycophantiæ, nīsi quòd aliquoties multo mentit⁹ impudētius, necq; raro nō intelligit sermonē lati-  
nū, & hinc fortiter calumniatur, nec alio nomine putat se magnū esse Theologū, nīsi quòd nihil nō torquet ad ca-  
lumniā. Quid quòd multis in locis manifestā dementiæ spetiē ædit: quo magis admiror Theologos Lutetianos sic agere, quasi Bedaicæ intēperiæ nihil ad ipsos ptingat,  
quum interim nemo Lutheranus grauius lēdat ecclesiæ negociū, nemo magis dedecoret Theologorū nomē, q[uod] iste tumultuarius. Quid q[uod] interim totius istius Acadē-  
mia nescio molestior ne sit uomica, an fœdius dehoni-  
stamentū, inficiēs rudē iuuentutē suis uirulētij, & obtre-  
stationib;. Et post hæc occinit nobis, uera loquēs ini-  
micus factus sum uobis: imò mētietendo & calūniādo fa-  
ctus est inimicus omnib. q[uod] synceriter diligūt Christi glo-  
riam

riam. Saltē existeret aliq̄s, qui regē Christianis. admo/  
neat, quantū malorū improbus Ardelio cōcllet ipsius  
regno. Id si factū esset, non patere eiūsmodi hominem,  
sat scio, triduū sic debachati in ditiōe sua. Multi sunt Lu/  
therani, sed sanabiles, quos istius odiosi libelli alienant:  
præter zelū nihil habet in ore, zelotypia uerius est q̄; ze/  
lus, adeo ubi nihil est mali, suspicat pessima. Ac fortassis  
æquū putat, ut nos, iuxta legē Mosaicā, ipsius insulissi/  
mas uirulētias uelut execratā aquā deuoremus, quo me/  
deamur factis etiā suspitiōibus. Verū æquiū est, ut ipse  
bibat elleborū, suumq; cerebrū purget istis intemperijs.  
Quod si decretū est, abiecta fronte, submota ratione, p/  
fligata omni æquitate, rē ui gerere, uide ne res celerius q̄  
credit, quō prouocat deueniat. Quū illi tot inexcusabiles  
calūnias ac mēdacia ipsius i os impegerim, tamē adhuc  
iactat suos articulos, ac sibi uidet pulchre purgatus, q̄  
omissis plæriscq; prioribus calūnijs, nouas aliquot adiece  
rit. Et huiusmodi Atlas humeris fulcit nutantē ecclesiā.  
Sed jā pœnitet his nænijs totū ferme perditum triduū.  
Dñs liberet ecclesiā suā à talib. propugnatoribus. Mihi  
decretū est posthac à tali scabie unguē abstinere, nec ha/  
bere rem cū homine, qui nihil habet pensi quid ipse scri/  
bat, nec legit aut intelligit quaꝝ respondentur ex aduer/  
so, ne uideamur nō duo maledici cōmissi, quod ait Au/  
gustinus, sed duo scurræ aut Moriones.

Finis.



FRO BEN.











